




OD Ma.

FETT  
masse









*Joh. Henrici Alstedii*

# SYNOPSIS THEOLOGIÆ

*Exhibens*

Oeconomiam singulorum locorum  
communium theologi-  
corum:

*Studio*

JOHANNIS-HENRICI ALSTEDII.



HANOVIAE,  
Impressis Conradi Eyfridi,

M DC XXVII.

Ab 27

Lv 2 -



## LECTORIBENE- VOLO S.D.

*Venadmedium aedes tum  
 demum satis instructa est,  
 cum in suas omnes cōtigna-  
 tiones & conclavia ad ne-  
 cessarios usus est distincta.  
 sic disciplina tum demum habet laudem  
 & usum, quando generalissima siue sum-  
 ma, intermedia siue subalterna, & infima  
 seu specialissima ipsius praecepta ritè sunt  
 disposita. Id verò præstat lumen methodi.  
 Quare noli cōmittere, ut definitionibus,  
 regulis, distinctionibus & questionibus  
 theologicis deesset hæc fax. Illam itaq; tibi  
 præfero, non ut dux, sed ut cemes vetera-  
 nus. Tuum est, hoc de te benemerendi stu-  
 dium grato accipere animo, & hac me-  
 thodo dioretica non solùm uti tanquam  
 præsentissimo memoriae subsidio, sed etiam  
 illam habere pro instrumento explicatio-*

## 4.

nis & amplificationis certissimo. Infelices  
enim sunt magistri, addo & insfructuosi,  
qui generalia perpetuis sermonibus vol-  
ventes, non explicant & diducunt singula,  
& alias ad alias partes adiungunt atque  
comparant. Hanc utilitatem vbere pro-  
uentu hauries ex hoc libello, quem  
non absq; cura sic adorna-  
uimus.

NB. Numeri minusculi præscripti  
vocabulis diuerso typigenere ex-  
cusis indicant titulos cuiusque  
loci communis.

ME



# METHODVS.

*sive.*

## C A T E N A.

*Locorum hic traditorum methodo,  
diæretica.*

**T**Heologiæ occurrit præcognitio, & cognitio.

Præcognitio est quantū ad theologiæ naturam, loc. i. & studium, loc. ii.

Cognitio est partim in catechesi, partim in Scriptura Veteris & Novi Testamenti.

Catechesis consideratur in genere, loc. 3. & in partibus seu capitibus suis, quæ sunt symbolum apostolicum, loc. 4. decalogus, loc. 5. oratio Dominica, loc. 6. institutio baptismi, loc. 7. institutio sacræ cœnæ, loc. 8. & formula disciplinæ ecclesiasticæ, loc. 9. Ex his alia formant fidem, ut symbolum: alia vitam, ut decalogus: alia fidem & vitam simul, ut quatuor reliqua.

Scriptura V. & N. T. consideratur in se, loc. 10. & dogmatibus siue partibus suis, quæ sunt numero duæ; una de Deo, loc. 11.

A 3 altera

altera de operibus Dei, quæ considerantur communiter, loc. 12. & singulariter, ut sunt ab æterno, vel in tempore.

Opera Dei ab æterno sunt ad intra, vel ad extra; & hæc veniunt nomine decreti seu consilii; quod cœnsideratur in genere, loc. 13. vel in specie, ut est prouidentia æterna, loc. 14. & prædestinationis, loc. 15.

Opera Dei in tempore sunt executio decreti Dei, quantum ad prouidentiam & prædestinationem.

Executio prouidentiae est creatio, loc. 15. & gubernatio, quæ spectatur communiter, loc. 16. & singulariter, ut est creaturarum non-intelligentium, loc. 17. & intelligentium: eaque tum in genere, loc. 18. tum in specie angelorum, loc. 19. & hominis.

Gubernatio hominis est ante lapsum, vel post lapsum.

Ibi occurrit imago Dei, loc. 20. & fœdus naturæ, loc. 21. hic est liberum arbitrium, loc. 22. peccatum eiusque poena, loc. 23. & peccati aliqua repressio per legem, loc. 24. in coniugio, loc. 25. & societate tum politica per magistratum, loc. 26. tum scholasticam, per præceptores, loc. 27.

Executio prædestinationis fit in hac vita, vel post hanc vitam: & illa circa angelos, loc. 27. vel homines, eosque electos, vel reprobos. Ibi est fœdus gratiæ: hic est vel nulla.

nulla vocatio, vel aliqua vocatio. Vtraque colligi potest ac debet ex iis, quæ dicuntur de fœdere gratiæ: ita ut non opus sit operosè præcipere de executione prædestinationis circa reprobos.

Fœdus gratiæ spectatur in forma, fundamento, & applicatione sui.

Forma fœderis gratiæ est loc. 28.

Fundamentum fœderis gratiæ est Christus mediator, loc. 29.

Applicatio fœderis gratiæ. Promulgatur & obsignatur.

Promulgatio fit in Evangelio, loc. 30. & ecclesia.

Ecclesia spectatur in se, & opposite quantum ad hostes.

Ecclesia in se spectatur ratione collectionis, quatenus est ecclesia, loc. 31. & gubernationis; quæ est principalis, & ministerialis: & illa rursus est in dispensatione beneficiorum Dei, quorum alia sunt principalia, alia accessoria.

Beneficia Dei principalia sunt prima, vel orta.

Prima sunt vocatio, iustificatio, & sanctificatio.

Vocatio spectatur in se, loc. 32. & effectis suis, ut sunt fides, loc. 33. & sanctitas, loc. 34.

Iustificatio explicatur loc. 35.

Sanctificatio spectatur in bonis operibus.

A 4 com.

communiter, loc. 36. vel singulariter, loc. 37.

Beneficia orta sunt adoptio, loc. 38. libertas Christiana, loc. 39. & conseruatio, seu perseverantia sanctorum, loc. 40.

Beneficia accessoria sunt loc. 41.

Ecclesiæ gubernatio ministerialis est loc. 42.

Ecclesiæ hostes sunt loc. 43.

Obsignatio fœderis gratiae fit per sacramenta quæ considerantur in genere, loc. 44. & in specie: ubi sunt sacramenta V. T. loc. 45. & noui, puta baptismus, loc. 46. & sacra cœna, loc. 47.

Executio prædestinationis post hanc vitam spectatur communiter, in ultimo Domini aduentu, loc. 48. resurrectione carnis, loc. 49. & ultimo iudicio, loc. 50. vel singulariter, quantum ad vitam æternam, loc. 51. & mortem æternam, loc. 52.

### L O C U S I.

#### *De Theologia.*

1. *Theologia* habet sua præcognita, & tractationem locorum communium.

2. *Præcognita theologica* sunt de ipsius natura & studio.

*Natura theologie cognoscitur ex ipsius definitione & distributione.*

3. *Definitio hæc est: Theologia est re-*verum diuinarum scientia.

4. *Dif-*

*Synopsis Theologiae.*

9

4. *Distributio theologicæ est*, quod sit  
vera, vel falsa, quæ etiam apparet dicitur,  
& opinabilis.

5. *Theologia vera est archetypa in Deo,*  
Patre Filio, & Spiritu Sancto: vel ectypa.

6. *Theologia archetypæ attributa, seu pro-*  
prietas, sunt: esse in creatam, infinitam,  
perfectissimam, incommunicabilem, & sui  
communicatiuam.

7. *Theologia ectypa est ynnionis, visionis,*  
& reuelationis.

8. *Theologia ynnionis est in Christo sec-*  
cundum humanam naturam. Itaque in  
Christo est theologia duplex: una esen-  
tialis, seu archetypa, altera ynnionis, seu  
œconomica.

9. *Theologia visionis est beatorum ange-*  
lorum & hominum in cœlis. Dicitur et-  
iam theologia beatorum, comprehenso-  
rum, excelsa, & ecclesiæ triumphantis.

10. *Theologia reuelationis est hominum*  
in hac vita. Dicitur alias theologia viato-  
rum, viæ nostra, & humiliis.

*Estq; naturalis, vel supernaturalis: pro-*  
ut nempe reuelatio seu patefactio, est du-  
plex. Confer Psal. 19. & Rom. 1.

11. *Theologia naturalis consideratur in*  
Adamo ante lapsum, vel in homine post  
lapsum: & in hoc cursus, vel ethnico vel in  
ecclesia Dei versante. Ibi est theologia.

A. 5; natu-

10. *Ia: Henr. Alstedii:*  
naturalis nuda, hic vestita sive ornata.
11. *Theologia supernaturalis spectatur in diuisionibus & affectionibus suis.*
- Diuisiones ipsius sunt, quod est inspirata, infusa, vel acquisita.*
12. *Theologia inspirata est a耶eg.φ®, ante Mosen, vel ε耶eg.φ® post Mosen: & haec est ipsissima Scriptura sacra, quae dicitur theologia positiva.*
13. *Theologia infusa est, qua Spiritus sanctus ordinariè vel extraordinariè, immediate vel mediante nos imbuīt.*
14. *Theologia acquisita est, quæ acquiritur proprio studio.*
15. *Affectiones theologia supernaturalis sunt, esse unam specie, fundamento, & substantia; sed ratione*
- I. finis seu usus, esse theoreticam, vel practicam;*
- II. modis tradendi, esse catecheticam, vel didacticam; scholasticam, vel popularem, seu ecclesiasticam; didacticam, vel polemicam;*
- III. ambitus, esse totalēm, seu universālēm, vel partialēm, ut est theologia symbolica, allegorica, parabolica, typica, analogica, &c.*
- IV. perfectionis, esse in idea, vel in subiecto. Illa dicitur theologia simpliciter, & absolute; haec, theologia secundum quid.*

17. *The-*

17. *Theologia falsa est aperte falsa, vel mangonizata. Ibi est theologia ethnorum, Iudeorum, & Mahumedianorum: hic pseudochristorum, & antichristorum; atque haec est tum haereticorum, tum magni Antichristi. Porro theologia ethnikorum est vel veterum, eaque vulgaris, vel philosophica, & haec rursus fabulosa seu mythologica, naturalis seu physica, aut ciuilis seu politica: vel hodie viventium, vt Americanorum, Iaponiorum, & similiūm idololatrarum.*

L o c u s II.

De studio theologico.

1. *Studium Theologicum est extraordinarium, vel ordinarium.*

2. *Studium Theologicum extraordinarium est in heroicis quibusdam ingenii.*

3. *Studium theologicum extraordinarium absolvitur præfixione scopi & metæ temporis, remotione impedimentorum, & applicatione mediorum dissentias theologicæ.*

4. *Scopus studii theologici est remotus, isq; gloria Dei, & salus animarum; vel proximus, isque tum simplex, vt futurus theologus seruiat Deo in schola, vel ecclesia; tum compositus, vt Theologia doceatur in schola & ecclesia simul.*

A 6

5. Ma-

5. *Meteat temporis studio theologico impenerandi variat pro diuersitate ingeniorum, & administrorum descendit. Communiter solet praescribi sexennium.*

6. *Impedimenta studii theologici sunt vita impia, confusio, & curiositas.*

7. *Media, seu adminicula, discentiae theologiae, sunt diuina, vel humana.*

8. *Mediadiuina sunt precatio, & sanctimonia vitae.*

*Media humana sunt natura, & cura.*

9. *Natura, quæ requiritur in studioso, theologiae, est ingenium theologicum.*

10. *Cura est artis, vel exercitationis.*

*Cura artis est triplex: philologica, philosophica & theologica.*

11. *Cura artis philologica est in eo, ut studiosus theologiae discat linguas necessarias, ut sunt Latina, Graeca & Hebraica. Quibus, tanquam honoratiæ, addi possunt à felioribus, ingeniosis Arabica, & aliæ quædam exoticæ.*

12. *Cura artis philosophica est in eo, ut studiosus theologiae artibus organicis, id est, grammaticæ, rhotoricae, dialecticæ, oratoriae, & poëticæ, addat primam philosophiam, arithmeticam, geometriam, sphæram cœlestem & terrestrem, computum, astronomicum, musicam, ethicam, oeconomicam, & politicam.*

13. *Cura*

13. Cura artis theologica perficitur quatuor curriculis; è quibus primum est catecheticum; secundum, locorum communium; tertium, biblicum; quartum, contoversiarum theologiarum & historiæ ecclesiasticæ.

14. Cura exercitationis est in adornatione locorum communium theologorum, disputationibus theologicis, declamationibus & concionibus, denique in peregrinatione.

L O C V S . I I I .

De Catechesi.

**I**Ta sunt præcognitæ theologica: Sequuntur loci communes in Catechesi & Scriptura.

Catechesis spectatur in genere & partibus suis.

Circa Catechesin in genere, quatuor sunt expendenda, quid ea sit, cur tradenda sit, & quomodo; denique quis sit nervus ad catechizandi modum.

1. Catechesis est compendium religionis Christianæ.

2. Catechetica institutio est necessaria & valde antiqua. Nam principio ea est necessitas catechiendi tradendi in ecclesia, quæ est professionis locorum communium in scholis theologicis. Deinde catechetica institu-

A. 7. tio.

cio est fundamentum ædificationis ecclæ-  
siasticæ. Tertiò hæc est forma sanorum ver-  
borum. Quartò hac ratione omnes præpa-  
rantur ad conciones intelligenter. & fru-  
ctuose audiendas. Quintò, catechumeni  
de religionis controversiis paulatim iudi-  
care discunt. Sextò hæc consuetudo ecclæ-  
siam docendi, vna cum doctrinæ puritate,  
disciplinæ quoque formam restituit ac  
seruat. Denique capitum catechetorum  
vñus est longe amplissimus & suauissimus  
in quinque illis docendi generibus: puta in  
didascalico, elenctico, pædeutico epanor-  
thotico, & paracletico. Quod attinet ad  
*antiquitatem*, illa inde à breuiario illo eu-  
angeli, de semine mulieris Genes. 3. arcessi-  
tur. Vide etiam Heb. 5. & 6.

3. *Modus tradenda Catechesis* debet esse  
triplex: domesticus, scholasticus, & ecclæ-  
siasticus.

4. *Domesticus* cernitur in capitum siue  
textuum catechetorum inculcatione, li-  
berorum ad conciones & examina cate-  
chetica adductione, & concessionum atque  
examinum istorum repetitione.

5. *Scholasticus* in eo vertitur, vt tres ca-  
techumenorum classes constituantur, in-  
fima, media, & suprema. In infima classe pro-  
ponentur nuda capita catechetica: in media  
exponentur illa ipsa capita compendiosis  
qua-

quæstionibus: in suprema tradetur plenum catechismi systema.

6.. *Ecclesiasticus* catechizandi modus & usus erit ratione iuniorum, & adultiorum. Quantum ad iuniores, triplex erit usus & modus catechesis tradendæ. 1. conciones catecheticae habebuntur. 2. post concionem instituetur examen. 3. qui ex catechumenis ad sacram cœnam admitti pertinent, de tota doctrina Christiana audiantur. Similiter, qui ex illis matrimonium meditantur, eique benedici volunt. Quod attinet adultiores, si res ita postulet, cum iis instituetur colloquium catecheticum, si matrimonium meditentur, aut infantem baptizandum offerant, aut ad baptismum testes adhibeantur.

7.. *Nervus* ad hos catechizandi modos erit 1. authoritas magistratus. 2. paterna & blanda pastorum exhortatio. 3. exemplum ab ipsis magistratibus, pastoribus, senioribus, præceptoribus, parentibus, liberis, & famulitio. 4. censura ecclesiastica.

#### L O C V S . I V .

##### *De symbolo apostolico.*

**P**artes catechismi sunt sex: symbolum, de calogus, oratio Dominica, institutio baptismi & sacrae cœnæ, denique formula disciplinæ ecclesiasticæ.

*Cir-*

1.6. Io. Henr. Alstedii

*Circa symbolum apostolicum spectantur:  
præcognita, seu præparatio, & explicatio.*

1. *Præcognita symboli sunt in affectione:  
& partitione ipsius.*

2. *Affectione est in antiquitate, authorita-  
te, & modo tum intelligendi tum utendi.*

3. *Antiquitas symboli huius est longe:  
maxima. Est enim compositum aut ab  
Apostolis in concilio Hierosolymitano,  
an. Chr. 50. aut non longè post à viris apo-  
stolicis. Vide Cyprian. exposit. symb.*

4. *Authoritas ipsius proximum à Scri-  
ptura sacra locum obtinet.*

5. *Ad intelligentiam conducunt certæ:  
quædam regulæ: ut, quod in singulis arti-  
culis expendenda est substantia fœderis;  
gratuiti, quantum ad promissionem Dei,  
& re-promissionem hominis credentis;  
quod conuenientia & differentia V. & N.  
T. est attendenda; quod cum re oporteat  
ereditate modum, circumstantias, opposi-  
tum, antecedentia, consequentia, conne-  
cta, & fructum. &c. Vide in Regulis..*

6. *Usus eius est: ut sit tessera, qua Chri-  
stianus discerneratur ab infidelibus; ut consulat  
memoriae; denique; ut monstret analogiam  
fidei, tum in explicatione locorum Scri-  
pturarum, tum in diiudicatione controversia-  
rum in religionis negotio.*

7. *Partitio generalis sumitur ex formula  
baptiz.*

baptismi *Matth. 28.* *Baptizate eos in nomen Patris, Filii, & Spiritus sancti.* Tres itaq; sunt partes principales symboli. 1. de Patre. 2. de Filio. 3. de Spiritu sancto. *Partitio minutior,* siue subdiuisio, est in XII. articulos: è quibus vnu pertinet ad primam partem, sex ad secundam, quinque ad ultimam.

*Explicatio duodecim istorum articulorum, concisa sic est.*

8. *Primus articulus complectitur sex ista:*

I. *De fide:* scil. salvifica, qua sit ut homofidelis certò sciatur, assentiatur, confiteatur, & sibi aliquid apparet.

II. *De natura Dei:* quod sit aliquis Deus, & quod ille sit unus.

III. *De prima persona Trinitatis;* adeoque de ipsa SS. Trinitate.

IV. *De omnipotentia Dei;* ubi agendum est de omnibus attributis essentiæ Dei.

V. *De creatione;* quæ ideo in principio omnium articulorum fidei, & in fronte totius scripturæ *Gen. 1.* est posita, ut Deum infinita cum redundantia omnia facere posse, quæ in verbo & articulis fidei se facturum & daturum promisit, creationis exemplo conuincamur.

VI. *De prouidentia;* cuius existentia & amplitudo est demonstranda.

9. Se-

9. Secundus articulus complectitur titulos quinque.

I. De fide in Christum; qui patri est æqualis.

II. De nomine I E S U S; quod significat Saluatorem merito & efficacia.

III. De nomine CHRISTVS quod significat hoc loco vngatum prophetam, sacerdotem, & regem: à quo nos appellamur Christiani.

IV. De persona Christi; quod sit Filius Dei unigenitus.

V. De officio & beneficiis Christi; quod sit propheta, sacerdos, rex & Dominus noster iure acquisitionis & protectionis.

10. Tertius articulus continet duos hos titulos.

I. De conceptione Christi; qua ille concep-  
tus est ex Spiritu sancto, ut posset esse idoneus mediator, & Spiritum sanctum nobis acquireret.

II. De nativitate Christi; qua ille natus est ex Maria virginie; natus, inquam, est nobis, ut per illum aliquando renascemur.

11. Quartus articulus habet quatuor articulos:

I. De passione Christi sub Pontio Pilato; quæ est speculum gratiæ Dei & amoris Christi, & nobis est auxilior.

II. De

II. De crucifixione Christi; qua ille factus est execratio pro nobis.

III. De morte Christi; cuius præstantia cernitur in sacrificio seu *lūt̄o*, & triumpho.

IV. De sepultura Christi; qua ille obsignauit certitudinem mortis suæ, & nostra sepulchra sanctificatit.

12. Quintus articulus complectitur duos articulos:

I. De descensu Christi ad inferos; quo ille expertus est omnem statum defunctorum & sepulchorum, ut ipsius descensus esset noster ascensus.

II. De resurrectione Christi ex mortuis; qua ille gloriose resurrexit, propter seipsum & nos fratres suos.

13. Sextus articulus cōtinet duos titulos:

I. De ascensione Christi in cœlum; qua ille carnem suam in cœlum tertium intulit, ut ibi apparet coram Patre suo, & Spiritum suum inde ad nos emitat.

II. De sessione Christi ad dextram Patris; qua ille electus est ad regnum suum cum plenitudine maiestatis exercendum in medio inimicorum suorum.

14. Septimus articulus est de reditu Christi ad uniuersale iudicium, quo absoluuntur electi, & condemanabuntur reprobii.

15. Octauus articulus est bimembbris.

I. De

I. *De fide in Spiritum sanctum*; qui Patri & Filio, à quibus spirantibus procedit, est æqualis.

II. *De persona & officio Spiritus sancti*; quod sit tertia persona SS. Trinitatis, sanctificans nos ad vitam æternam.

16. *Nonus articulus complectitur tres titulos.*

I. *De fide*, qua credimus hunc & seqq. articulos.

II. *De ecclesia*; quæ est sancta & catholica.

III. *De communione sanctorum*; quam habent illorum capite iuo, Iesu Christo, & inter se.

17. *Decimus articulus* est de remissione peccatorum, quæ est beneficium Dei condonantis omnia peccata omnibus credentibus, propter Christum.

18. *Vndecimus articulus* est de resurrectione carnis, qua mortui resurgent in fine seculi, ut à Deo accipient compensacionem.

19. *Duodecimus articulus* est de vita æterna, quæ est finis fidei nostræ, consistens in ablatione omnis misericordie, & collatione omnimodæ felicitatis.

20. *Particula Amen* à quibusdam additur, non quod symbolum sit precatio, sed quia vox ista est signaculum fidei.

Lo-

L o c u s . V.

De decalogo.

Circa decalogum spectantur præcognita,  
& explicatio.

1. Præcognita decalogi sunt in ipsius promulgatione, præfatione, partitione & modo tum intelligendi, tum utendi.

2. Promulgatio decalogi repetenda est ex Exod. 19. & 20.

3. Præfatio est in illis verbis: *Ego sum lehous, Deus tuus, qui eduxite ex terra Ægypti, domo seruorum.* Quibus verbis Deus partim suam maiestatem, partim beneficia duo, adoptionis & liberationis, explicat.

4. Partitione est in duas tabulas: quarum una quatuor præceptis explicat dilectionem Dei; altera sex præceptis dilectionem proximi.

5. Modus intelligendi continetur certis regulis, ut è multis sunt hæc: Lex spiritualiter est intelligenda, itemq; synecdochice: Tabula secunda cedit primæ: Ex affirmatione colligenda est negatio, & contra: Cum relativis sanciuntur correlatiua, &c.

6. Modus utendi est, ut decalogus sit subsidium memoriae, speculum miseriæ, regula vitæ, repagulum malitiæ, & compendium analogiæ charitatis.

*Explicatio decem præceptorum decalogi concisa sic est.*

7. *Primum præceptum prohibet, ne faciamus deos alienos coram facie Dei, h. e. ne habeamus aliquid pro Deo, quod non est Deus, nec id tanquam Deum colamus.* Prohibet itaq; internam idolatriam. *E contrario mandat fiduciam in vero Deo, adeoque amorem & timorem Dei.*

8. *Secundum præceptum continetur prohibitione & illius sanctione.* Prohibitio est de fictione & adoratione imaginum. Prohibetur nēpe repræsentatio Dei per imaginem, & cultus Dei in imagine. Atque hæc est idolatria externa; cui opponitur cultus Dei externus, quo ille colitur externis quidem gestibus, sed tamen in spiritu & veritate. *Sanctio est partim comminatio partim promissio.*

9. *Tertium præceptū continetur prohibitione & sanctione.* Prohibitio est de abuso nominis Dei per nostrū sermonē: cui opponitur sanctus nominis Dei usus in precib. gratiarū actione, iuramento, & votis. *Sanctio est à poena, quā Deus minatur transgressorī.*

10. *Quartū præceptū constat tribus membris.* 1. *præcepto, quo mandatur sanctificatio sabbati, h. e. cultus Dei publicus statu certoq; tempore.* 2. *expositione præcepti, in qua ceremoniale distinguendū est à morali.* 3. *ratione*

zione praecepti, quæ sumitur ab exemplo Dñi.

11. *Quintum praeceptum constat manda-*  
*to, & ratione mandati. Mandatum est de-*  
*officio liberorum erga parentes, quod cir-*  
*cumscribitur honore. Parentes sunt omnes*  
*superiores naturali, vel ciuili ratione. Na-*  
*turali iterum, vel nativitatis, vt pater &*  
*mater; vel propinquitatis, vt consanguinei & affines; vel ætatis, vt senes. Ciuii ra-*  
*tione, vel potestatis, vel beneficiorum. Po-*  
*testatis, siue publicæ, vt magistratus, do-*  
*ctores, tutores; siue priuatæ, vt maritus, pa-*  
*terfamilias. Beneficiorum seu meritorum,*  
*vt patrini, patres adoptiui, nutritii, nutri-*  
*tes &c. Atque hoc modo intelliguntur pa-*  
*rentes. Liberi itaque eodem modo genera-*  
*tim intelliguntur. Honor synecdochice cō-*  
*pletebit reverentiam, obediētiam, & gra-*  
*titudinem. Hinc iam dependent officia*  
*parentum erga liberos, vt nemppe virtutib.*  
*inferiorum respondeat beneficia superio-*  
*rum. Ratione mandari est à promissione vi-*  
*tæ longæ coniunctæ cū prosperitate. Quæ*  
*catenus à Deo præstatur, quatenus ipse*  
*expedit sapientissime iudicat.*

12. *Sextum præceptum prohibet occasionē*  
*hominis, id est, iniuriam seu violentiam,*  
*qua corpus læditur: siue illa sit interna, vt*  
*in odio, ira, & quoquis animi affectu in-*  
*teriori, siue externa eaque in verbis*

vt

ut calumniis, conuitiis, & iniustis condemnationibus, quibus vita alicuius in discrimen adducitur; aut factis, ut cum homo manu vel quouis alio instrumento hominis corpus lædit. Ac ruisus vel ex malitia, ut vi publica & priuata, dolo seu fraude; vel ex imperitia, ut si quis imperite cōficiat vel propinet medicamenta; vel ex imprudentia. Porro occisio hominis cuiusvis, siue nati, siue in utero ad huc delitescientis; & in lucem editi, siue sui ipsius, siue alterius, hic prohibetur. Ab hac igitur hominis cūsus lāsione homo quius prohibetur, præter parentes, præceptores, tutores, magistratus & medicos: quibus interdum cōpus hominis lædere concessum est, idque priuatim, vel publice. Priuatim: ut patri, matri, præceptoribus, tutoribus, propinquis, heris, &c. sustigatione vti, cūm ita necesse est, licet: item medicis in curatione licet interdum secare, vrere &c. Publicè: ut magistratui legitimo vel supplicio capitis, vel mutilatione membrorum, vel verberibus vti licet in iudicio vel bello. Ergo hoc modo hominem ab homine occidendum esse negatur. E contrario affirmatur, seu mandatur, beneficentia, fortitudo togata & bellica, studium pacis & concordiae, humanitas, &c.

13. Septimum præceptum prohibet scortationem,

tionem, id est, cuiusvis libidinis intemperantiam, internam, in cogitatione & affectu: externam, in verbis, sive dictis sive scriptis, & factis, putâ in gestu, habitu sive vestitu, & commixtione carnali extra coniugium, vel in coniugio. E contrario sanctur castitas & puritas in cogitationibus, affectibus, dictis, & factis, tum in coniugio, tum extra coniugium.

14. Octauum praeceptum prohibet furtum; quo nomine intelligitur quemvis iniusta bonorum proximi usurpatio, & omne genas damni, quod proximi bonis sine iusta causa datur. Itaque hic prohibetur furtum internum, ut concupiscentia bonorum proximi vel inuidia; & externum, idque in verbis, ut in captiola suasione vel productione bonorum proximi; vel factis, ubi est maleficium, vel negligentia, vel inscitia. Maleficium est in vi publica & priuata, occulta & aperta: ut in peculatu, Simonia, sacrilegio, expilationibus, iniustis exactiōnibus, latrociniis, usurpis immoderatis, contractibus illicitis, &c. Negligentia committit furtum, cum quis negligenter res suas agit, aut nō ēdicitati non-necessariæ se tradit. Inscitia: ut cum imperitus aduocatus vel iudex nocet bonis proximi. Prohibetur itaque hoc praecepto inuidia rapina, usura, prodigalitas, auaritia, tenacitas, in

hospitalitas, negligentia & ignavia in rebus propriis custodiendis & laboribus tempestiuis suscipiendis. E contrario mandatur cura bonorum proximi & nostrorum, adeoque prudentia in re familiari, frugalitas, sedulitas, liberalitas, honestus labor in quacunque vocatione & denique laicitur distinctio dominiorum.

15. Nonum preceptum prohibet falsum testimonium, id est, mendacium, quod committitur animo, vel opere externo. Animo: ut suspicione mala, auditate audiendi obtricationes, propensione ad sinistra iudicia, &c. Opere externo: ut verbis, vel factis. Verbis, tum dictis, tum scriptis, in iudicio, vel extra iudicium, ut in pactis, artibus, & sermonibus vulgaribus. Factis: ut simulatis vestibus, nutibus, fumo &c. Ergo hoc modo negatur fallum testimonium dicendum esse aduersus proximum siue volentem, ut in adulacionibus; siue nolentem, eumq; praesentē vel absente. E contrario mandatur benigna de proximo opinio, odio & detestatio calumniarū, taciturnitas, veracitas, docilitas, grauitas in sermone, commendatio bonæ famæ proximi, &c.

16. Decimum preceptū prohibet concupiscentiam inordinatam quamuis, siue malis nostris cogitationib. excitetur, siue ex naturæ nostræ corruptæ motu oriatur, & nobis

bis inopinantibus obrepatur: ac rursus, siue voluntatis nostrae assensu probetur & retineatur, siue contrario dissensu improbetur & repellatur: deniq; siue sit leuis & momenta nea, animum cito præteruolans, siue titillans & aculeis quasi animum pungens. Prohibetur autem rei cuiusvis concupiscentia ~~etiam~~. E contrario mendatur animæ, hoc est, mentis, voluntatis, & omnium affectuum rectitudo, adeoq; sancta in omnibus rebus cogitatio & concupiscentia.

L O C V S VI.

De oratione Dominicana.

Circa orationem Dominicam spectantur  
præcognita, & explicatio.

1. Præcognita orationis Dominicæ sunt in genere de natura precationis religiosæ, & in specie de orationis huius partitione seu methodo, & modo illam intelligendi & usurpandi.

2. Naturæ precationis religiosæ est, ut dirigatur ad Deum solum, in nomine Christi, ex vera fide, pro nobis & aliis, ad Dei gloriam & salutem in primis æternam, absque intermissione, cum praxi pœnitentiæ, & dominice cum spe ac perseverantia.

3. Methodus orationis Dominicæ est, quod post præfationem continetur sex petitionibus, quib. additur epilogus. Ex petitionib.

B a t r e s

tres priores spectant Dei gloriam; reliquæ, nostram salutem temporalem & æternam.

4. *Ad intelligendam hanc orationem faciunt certæ regulæ v.g. Oratio hæc dirigitur vel ad totam Trinitatem, vel ad unam aliquam personam: Cum petitionibus subintelligenda est gratiarum actio: Cum bonis petimus causas, media & usum ipsorum: Precatio includit deprecationem, &c.*

5. *Vsus orationis Dominica est: ut sit norma & Lydius lapis omnium aliarum precum, nobisque in omni vita genere sit velut sacra quædam anchora.*

*Explicatio succincta huius formulæ est eiusmodi.*

6. *Prefatio continet tres velut articulos.*

I. *Quem inuocemus: videlicet Patrem, id est, Deum, qui est pater omnium.*

II. *Qualis sit ille Pater: videlicet noster, iure creationis, conseruationis, & redencionis.*

III. *Quantus sit ille Pater: vide cœlestis, id est, sanctimonia & omnipotentia præditus.*

7. *Prima petitio est de sanctificatione publica & priuata nominis Dei per gratiam ipsius, nostramque fidem & sanctam vitam.*

8. *Se-*

8. *Secunda petitio* est de aduentu regni Dei, ut vita æterna in nobis hic inchoetur per ipsius gratiam, nostrumq; desiderium, & studium sanctitatis, & tandem aliquando consuminetur.

9. *Tertia petitio* est de abnegatione nostri, ut voluntatem Dei patiamur & faciamus in vita & morte, in rebus secundis & aduersis.

10. *Quarta petitio* est de sustentatione vitæ huius animalis per media vocationi nostræ consentanea.

11. *Quinta petitio* est de condonatione peccatorum nostrorum, quam colligimus ex condonatione offendarum proximi nostri.

12. *Sexta petitio* est de præsentia auxilii Dei, ne nos permittat libidini diaboli, carnis & mundi, sed aduersus tot & tantos hostes manu sua nos sustenteret.

13. *Epilogus* continet confirmationem, qua causa superiorum petitionum exprimitur; & signaculum fidei, id est, particulam *Amen*, qua assueramus simul & optamus.

## L O C V S VII.

### *De institutione baptismi.*

**I**N hac formula occurunt mandatū, promissio, & comminatio. *Matth. 28. v. 15. 16.*

B 3 1. Man

I. *Mandatum est tripartitum.* 1. *Ite, hoc est, legati mei estote, hinc inde proficisci.*  
 2. *Docete omnes gentes, hoc est, per euangelii præconium facite illos meos discipulos.* 3. *Discipulos istos meos baptizate in nomen Patris, Filii, & Spiritus sancti, hoc est, ritu mersionis in aquam, illos confirmate, quod nomen meum super illos sit inuocatum, ita ut in familiam meam sint cooptati, ut à me accipiant omnis generis beneficia, & erga me testata faciant sua officia, meis domesticis digna.*

II. *Promissio est de salute conferenda omnibus credentibus.*

III. *Comminatio est de eondemnatione, quæ manebit omnes incredulos.*

### L o c u s V I I I .

#### De institutione sacra cœna.

In hac formula occurrit præfatio, & dispensatio epuli sacri. *Mattb. 26. Marc. 14. Lue 22.*

1. *Prafatio est de authore, ibi Dominus Iesus: & circumstantia temporis, ibi ea nocte quæ proditus est.*

*Dispensatio epuli sacri continetur tractatione singulari panis & vini, & communione obsignatione utriusque actus.*

2. *Tractatio panis continetur acceptione.*

ne, gratiarum actione, fractione, præceptione prima, promissione, & præceptione secunda.

3. *Acceptio panis* est, qua Christus panem accepit in suas manus, ut figuraret spontaneam suam oblationem.

4. *Gratiarum actio* est, qua Christus panem acceptum consecravit solenniter, ut illam segregaret à communii vnu.

5. *Fractionis panis* est, qua Christus panem consecratum in frusta comminuit, ut figuraret fractionem sui corporis.

6. *Præceptio prima* est ibi: *Accipite, scilicet manibus quisque suis panem, atque etiam fide carnem meam, panem illum vitæ: Edite, scilicet panem ore, corpus meum fide.*

7. *Promissio* est ibi: *Hoc est corpus meum,* id est, Panis, quem accipitis & editis, est sacramentum corporis mei, *quod pro vobis frangitur, & vobis applicatur per fidem.*

8. *Præceptio secunda* est explicatio *Promissionis:* *Hoc facite in mei recordationem,* ita nempe ut grata mente ex vera fide nunquam non recolatis memoriam crucifixionis meæ, quam vobis hæc cœna velut ob oculos ponit.

9. *Tractatio vini* continetur *acceptione.*

B 4 gra-

gratiarum actione, præceptione prima,  
promissione & præceptione secunda.

10. Acc pto, gratiarum actio & præceptio  
prima proponuntur implicite, ibi: itidem &  
poculum, postquam coenassent, dicendo: id est.  
Peracta coenatione panis accepit pocu-  
lum, & cum eo vinum, gratiisque actis, di-  
xit, Accipite, bibite.

11. Promissio est ibi: Hoc poculum est no-  
num illud foedus per meum sanguinem id est,  
Vinum in hoc poculo est sacramentum  
foederis gratiae, quod sanctitur per meum  
sanguinem.

12. Præceptio secunda est explicatio pro-  
missionis: Hoc facite, quotiescumque biberitis,  
in mei recordationem, ita nempe, ut grata  
mente ex vera fide nunquam non recola-  
tis fusionem sanguinis mei, absque qua  
foedus gratiae non fuisset futurum ratum.

13. Communis ob-signatio continet illis  
verbis: Quotiescumq[ue] enim ad ritus panem h[oc],  
& poculum hoc biberitis, mortem Domini an-  
nuntiabitis, usquequo venerit, h.e. apud ho-  
mines, fratres nempe vestros, prædicare  
hoc tantum b[ea] neficium mortis meæ; &  
quia visibili forma vobiscum non versor,  
hoc symbolum præsentia, gratiae & Spiriti-  
tus mei habete, donec præsentiam gloriae  
meæ testaram faciam illustri meo aduen-  
tu.

Lo-

Locus IX.

De formula disciplina ecclesiastica.

In hac formula duo occurunt; potestas &  
authoritas Matth. 8.v.15.16.17.18.

1. Potestas continetur quatuor gradibus: videlicet.

I. Admonitione fratris peccantis solitaria.

II. Admonitione socia, quae fit coram testibus.

III. Admonitione ecclesiastica.

IV. Excommunicatione minore & maiore. Illa dicitur suspensio; haec excommunicatione simpliciter. Quanquam excommunicatione minor etiam pro simplici excommunicatione ponitur, & maior pro anathemate.

2. Authoritas est ibi: Amen dico vobis. Quacunq; ligaueritis in terra, erunt ligata in cælo, &c. id est, ligationi ministeriali recte in ecclesia exercitæ respondebit ligatio principalis in cælo. De solutione idem est iudicium.

Locus X.

De Scriptura sacra.

Ta sunt loci communes in Catechesi: iam sequuntur loci communes in Scriptura passim propositi & expositi.

B. 55 1. Scie-

1. *Scriptura sacra spectatur in natura & dogmatibus suis.*

2. *Natura eius est, esse verbum Dei.*

3. *Verbum Dei consideratur in genere & in specie.*

*In genere spectatur verbi Dei authoritas & facultas.*

4. *Authoritas verbi Dei est tanta, quanta ipsius Dei.*

*Facultas verbi Dei est perducere hominem credentem ad salutem.*

*Verbum Dei in specie est internum, vel externum.*

6. *Verbum Dei internū imprimitur cor dibus credeantur: idque immediate, vel mediate.*

7. *Verbum Dei externum est ἀρρεφός, vel ἀναρρεφός, id est, non-scriptum, vel scriptum.*

8. *Verbum Dei non-scriptum est tū propheticum, ante Mosen: tum apostolicum, statim initio prædicationis euangelicæ.*

9. *Verbum Dei scriptum vulgo dicitur Scriptura sacra.*

*In Scriptura sacra occurrit partitio, affectio, & tractatio.*

10. *Partitio scripture est ratione temporis, authoritatis, & partium essentia lium.*

11. *Ratione temporis Scripture comple citur.*

Et libri veteris & noui testamenti seu instrumenti. Illi dicuntur prophetici; hi, apostolici.

12. *Ratione authoritatis Scriptura complectitur libros canonicos & apocryphos.*

13. *Libri canonici V. Test. sunt XXXIX, N.T. XXVII. Utrobiq; autem alii fuerunt semper certi, alii aliquando in dubium vocati.*

14. *Libri canonici V.T. aliter ab Hebreis, aliter à Græcis & Latinis distinguuntur. Et Hebrei quidem 39. libros Vet. T. reuocant ad 24. eosque diuidunt in quatuor classes: videlicet in legem, Prophetas priores, Prophetas posteriores, & Hagiographa. Graci autem & Latini eos partiuntur in legales, historicos, dogmaticos seu poeticos, & propheticos.*

15. *Libri canonici N. Testam. diuiduntur primo in euangelia, acta apostolorum, epistolas, & apocalypsin: deinde in libros historicos, dogmaticos, & unum propheticum.*

16. *Libri apocryphi sunt numero XVII; e quibus nouem sunt integri libri; reliqui octo, appendices librorum canoniconrum.*

17. *Partes essentiales Scripturæ sacræ sunt materia & forma.*

36

Io. Henr. Alstedii

18. *Materia Scripturae sunt lex & euangelium.*

19. *Forma Scripturae est interna, vel externa. Illa est in diuinitate significacionis. (per hanc enim Scriptura est id quod est, & ab aliis scriptis distinguitur) haec est in dispositione systematis Biblici.*

20. *Affectio, seu proprietas, Scripturæ sacrae, est authoritas, perfectio, & claritas.*

21. *Authoritas scripture probatur testimonii variis; quorum alia sunt supra scripturam, ut testimonium Spiritus sancti: alia in Scriptura, ut testimonium Scripturæ de seipsa, & varia ipsius veritatis, sumtata causis, effectis, subiectis, & adiunctis ipsius: alia infra scripturam, ut testimonium ecclesiæ, Iudæorum, gentilium, & hereticorum..*

22. 23. 24. *Perfectio, siue sufficientia Scripturæ tanta est, ut sit norma fidei ac vitæ, ac proinde index controversiarum in negotio religionis, excludens omnes traditiones quæ iphius defectum suppleant.*

25. *Claritas, seu perspicuitas Scripturæ, consideratur absolute, vel relate ad nos.*

26. *Tractatio Scriptura est ipsius versio, lectio, & interpretatio.*

27. *Versio Scriptura consideratur separatim, vel coniunctim. Separata versio est versus, vel nona. Versus iterum est Scripturæ alter-*

alterutrius, vel utriusque. Alterutrius: vt est, tum versio Vet. Testam. Chaldaea, & Græca; & haec alia ante, alia post natum Christum: tum versio N. Testa. Syriaca & Arabica. Utriusque: id est, V. & N. Testam. vt est versio Latina; cuius multa olim genera extitisse docet Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana cap. 11. Nova versio etiam est vel alterutrius, vel utriusque scripturæ. Alterutrius: in versio Münsteri Vet. Test. & Erasmi N.T. Utriusque: vt versio Pagnini &c. Versio coniuncta apud veteres erat in Hexaplis & Octaplis exemplaribus Originis: hodiè est in Opere Complutensi, Regio, &c. Porro versio omnis hic iterum est duplex: alia simplicior & adstrictior, qua verbum verbo redditur, alia liberior & solutior, in qua sæpe sensus magis exprimitur quam verba, & ornatus atque elegantia sermonis adhibetur.

28. Lectio Scriptura spectatur quantum ad necessitatem, & modum, qui circumscribitur sanctitate, prudentia, & diligentia.

29. Interpretatio Scriptura est diuina, vel humana: infallibilis, vel fallibilis: publica, vel priuata: scholastica, vel ecclesiastica: synthetica, vel analytica.

## Locus XL.

## De Deo.

**D**Ogmata scripturae sunt alia de Deo, alia de operibus Dei.

*In Deo considerantur nomina, essentia & personæ.*

1. *Nomina Dei sunt propria, vel communia: absoluta, vel respectiva &c. Vide in Distinctionibus.*

2. *Essentia Dei spectatur in unitate & perfectione sua.*

3. *Unitas essentia Dei est plane singularis.*

4. *Perfectio essentia Dei cernitur in attributis variis, quæ alias dicuntur proprietates Dei essentiales & generales, seu communes tribus personis.*

5. *Attributa essentia Dei considerantur communiter & singulariter.*

6. 7. *Communiter in attributis Dei spectatur ipsorum affectio & distinctio.*

*Singulariter attributa Dei sunt simplicia, vel comparata.*

8. *Attributa Dei simplicia competunt ipsi proprietate tropum. Suntque primi, vel secundi generis siue ordinis. Illa dicuntur incommunicabilia & negatiua, hæc communicabilia & affirmatiua.*

2. Ag.

9. *Attributa primi generis* sunt simplicitas, immutabilitas, immensitas, & æternitas. Sub immutabilitate continetur imparibilitas: sub immensitate, omnipräsentia & incomprehensibilitas: sub immensitate & æternitate infinitas.

10. *Attributa secundi generis* notant vitam tum spiritualem, tum integrum. Vitam spiritualem indicant intellectus, voluntas, & omnipotentia Dei. Vitam integrum indicant idea virtutis & beatitudinis. Idea virtutis est omniscientia in intellectu, & veritas atque bonitas in voluntate. Sub veritate continetur iustitia: sub bonitate benignitas, clementia, misericordia, gratia, amor, &c. Idea beatitudinis est gloria essentialis, & gaudium. Gloria Dei essentialis (est enim etiam gloria personalis) intelligitur coniunctim, vel sigillatim. Coniunctim, videlicet in omnibus, vel pluribus attributis simul *Eph. 4.2.8. & 4.8.11. 1. Cor. 10. 31.* Sigillatim vero in uno aliquo attributo: ut *Eph. 1. v. 4.12. Rom. 9.23.*

11. *Attributa Dei comparata, seu figurata,* sunt voces, vel phrases. Voces figuratae sunt metonymicæ, ironicae, metaphoricæ, vel synecdochicæ: è quibus metaphoricæ sunt vñitatißimæ. Quo pertinet *avßpaußnudere.* Phrases figuratae sunt in hypotyposib. divinae maiestatis, & in visionib. propheticis.

40. Io. Henr. Alstedii

12. Personæ in una Dei essentia tres sunt: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.

In his oportet attendere òuovocia, & distinctionem.

13. òuovocia seu unitas essentiæ est, quæ tres illæ personæ sunt una illa diuina essentia. Hic demonstranda est deitas Filii & Spiritus sancti quatuor classibus argumentorum. In prima classe sunt nomina Dei: in secunda, attributa: in tertia, effecta: in quarta, cultus.

14. Distinctio personarum SS. Trinitatis fit per proprietates personales, & gloriam personalem.

15. Proprietates personales, scilicet speciales & characteristicæ, sunt internæ vel externæ.

16. Proprietates internæ sunt tum Patris, tum Filii, tum Spiritus sancti.

17. Proprietas interna Patris est respectus sui, à honoris respectu Filii, honoris actiua, seu gignere: respectu Spiritus sancti, spiratio actiua seu emissio.

18. Proprietas interna Filii est respectus Patris, honoris passiua, seu gignere à Patre: & respectus Spiritus sancti, una cum Patre spirare seu emittere Spiritum sanctum.

19. Proprietas interna Spiritus sancti est exordiō, seu processio, qua spiratur à Patre & Filio.

20. Proprietates externæ sunt hæc: i. quod

Pas-

Pater creauit & sustentat omnia per Filium, & Spiritum sanctum: quod dedit Filium redemptorem: denique quod testatus est de filio suo. 2. quo i per Filium omnia sunt facta: quod ille assumxit carnem nostram & in illa perfecit economiam salutis: denique quod testatus est de Patre suo. 3. quod *Spiritus sanctus* fouit omnia in prima creatione: quod varia dona distribuit hominibus: quod sanctificauit massam sanguinis in utero Mariæ virginis, & ex illa formauit humanam Christi naturam: quod apparuit in quadam specie columbae: denique quod adest humanæ Christi naturæ citra mensuram, nobis secundum demensum Christi.

21. *Gloria personalis* est propria singularium personarum. Spectatur autem in iis vel coniunctim, vt *Esa. 6.* vbi trium personarum gloria describitur, non solum essentialis illa, de qua paulo antea; sed etiam personalis: vel *separatim*, vt est gloria Patris *Ioh. 7.18. Rom. 6.4. Heb. 1.2. &c. 2. Petr. 1.17.* & gloria Christi *Ioh. 1.14. &c. 17.*

## L o c u s XII.

### De operibus Dei in genere.

**S**equuntur opera Dei, quæ considerantur in genere & in specie.

Opera

*Opera Dei in genere* habent communes affectiones, & diuisiones generales.

2. *Affectiones operum Dei* sunt, esse & fieri sine motu; exprimere naturam Dei; superare omnem captum creaturæ.

3. *Diuisiones generales* sunt, esse.

I. *communia* totius Trinitatis, vel *propria* singularium personarum: seu, indiuisa vel diuisa.

II. *interna*, vel *externa*.

III. *relata ad Deum*, vel *ad creaturas*: è quibus hæc sunt beneficia, vel iudicia: utraque temporalia, vel æterna; & hæc utraque spiritualia, vel corporalia.

## Locus XIII.

### *De decretis Dei in genere.*

1. *Opera Dei in specie* sunt ab æterno, vel in tempore.

2. *Opera Dei ab aeterno* sunt ad intra, vel ad extra.

*Opera Dei ad intra* vide paulo ante loc. II.

3. *Opera Dei ab aeterno ad extra* veniunt nomine decreti Dei.

4. *Decretum Dei* consideratur in genere & in specie.

*Decretum Dei in genere* habet suas tum affectiones, tum quasi partes.

5. *Affe-*

5. *Affectiones*, seu proprietates, decreti Dei, sunt immutabilitas, libertas, sapientia, & iustitia.

6. *Quasipartes*, seu actus, decreti Dei, sunt consilium & præscientia in intellectu, præfinitio & ordinatio, id est, constitutio finis & mediorum, in voluntate.

## L o c v s XIV.

### De prouidentia Dei æterna.

**D**ecretum Dei in specie est generale, vel speciale. Illud æterna prouidentia; hoc, prædestinatio dicitur.

2. *Prouidentia Dei æterna* spectatur in amplitudine & actibus suis.

3. *Amplitudo prouidentia Dei æternae* comprehendit omnis generis res, bonas & malas, necessarias & contingentes, magnas & paruas, &c.

4. *Actus* sunt duo: videlicet, decretum creationis & gubernationis.

5. *Decretum creationis* complectitur formationem & dispositionem in *creatio* exprimendam.

6. *Decretum gubernationis* complectitur omnes actus prouidentiae actualis seu temporariæ: cuiusmodi sunt conseruatio, destructio, permisso,

&c.

Lor.

## Locus XV.

## De prædestinatione.

1. Prædestinatio consideratur in genere & in specie

In genere attenditur modus docendi & causa eius impellens prima.

2. Modus docendi de prædestinatione alius est syntheticus siue à priori, alius analyticus seu à posteriori.

3. Causa prima impellens prædestinationis est diabolus, seu beneplacitum, Dei.

In specie prædestinatio est ad vitam, vel ad mortem: seu, electio vel reprobatio.

4. Electio est Christi, vel vñitorum Christo, id est, bonorum angelorum & hominum saluandorum.

5. Electio Christi respicit vniōnē humānē naturā cum λόγῳ, & totius personā designationem ad officium mediatoris.

6. Electio bonorum angelorum respicit confirmationem ipsorum in bono sub Christo capite.

7. Electio hominum saluandorum consideratur in actibus & notis suis.

8. Agus ipsius duo sunt: consilium miserendi, & conferendum gratiam, tum gloriam.

9. Consilium miserendi est, quo Deus discre-

discreuit seruandos à non-seruandis.

10. *Consilium conferendi gloriam respicit gratiam vocationis, iustificationis, & sanctificationis.*

11. *Consilium conferendi gloriam respicit glorificationem.*

12. *Non & sine signa, electionis sunt in vocatione efficaci, quæ in nobis efficit fidem & sanctitatem, sive bona opera.*

13. 14. *Reprobatio est malorum angelorum, vel hominum; & hæc spectatur in actibus & effectis suis.*

14. *Aclus ipsius duo sunt: consilium non-miserendi & damnandi.*

15. *Consilium non miserendi, seu relinquenti, quos Deus vult, in miseria, dicitur non-electio, præteritio, negatio gratiæ, reprobatio passiva & negativa. Estq; prorsus absoluta.*

16. *Consilium damnandi, seu non-conferendi gloriam, dicitur reprobatio activa & affirmativa. Eius causa mentoria est peccatum*

17. *Effecta reprobationis alia sunt per se, alia per accidens. Ibi ratione piorum est laumilitas & gratitudo, ratione impiorum sunt desetio, subtractio gratiæ, induratio, ira Dei, & poena æterna: hic exigitas, prauitas, & similia peccata reproborum. Nimis diabolus & homo sunt causa isto-*

istorum peccatorum efficiens, & per se  
causa deficiens, adeoque per accidens, est  
reprobatio; per quam fit, ut hæc mala non  
prohibeantur vel tollatur à reprobis; quo-  
modo sol est causa deficiens tenebrarū. Si  
tamen malis hæc dicere consequentia po-  
tius, quā effecta per accidēs, nihil repugno.

## Locus XVI.

## Decreatione.

**E**xposita sunt opera Dei ab aeterno: dein-  
cepit exponuntur opera eius in tempore.

1. *Opera Dei in tempore spectantur in af-  
fectione & diuisione sua.*

2. *Affectio est; esse speculum decreti, &  
relinquere opus post se.*

3. *Divisio istorum operū est: quod sunt  
executio decreti prouidentiæ, vel præde-  
stitutionis.*

4. *Executio decreti prouidentia est crea-  
tio & gubernatio.*

5. *In creatione spectatur modus & ordo.*

6. *Modus creationis est, quod Deus res  
ante non existentes produxit solo nutu;  
absque ullo instrumento, motu, & auxilio;  
& quidem valde bene.*

7. *Ordo constitutus in hexaemero, & sab-  
bato.*

8. *Hexaemeron complectitur sex primos  
dies, quibus Deus produxit creaturas, hoc  
pacto.*

9. *Pris-*

9. Primo die Deus creauit cœlum, terram, aquam, lucem, & angelos; idque ex nihilo.

10. Secundo die productum est expanse, id est, aëris. Sohnius tamen & Schönfeldius existimant, expanse appellari à Mose spatium illud vastissimum aquis terrestribus & cœlestibus determinatum, à superficie terræ usque ad cœlum tertium; ita ut per aquas superiores intelligendæ sint aquæ supra firmamentum, complectantes conuexitatem cœli tertii. Nam supra cœlos cœlorum esse dicuntur istæ aquæ Psal. 148. 4.

11. Tertio die facta est collectio aquarum in certos aluces, & omnis generis plantæ sunt productæ.

12. Quarto die creatæ sunt stellæ.

13. Quinto die pisces, aues & reptilia aquatica sunt producta.

14. Sexto die bestiæ terrestres sunt productæ, & ultimo loco homo.

15. Sabbatum est septimus dies, quo Deus desit creare nouas species, & in creationis acquieuit.

## L o c v s XVII.

De gubernatione mundi in genere.

1. Gubernatio mundi consideratur in genere & in specie.

In

*In genere spectatur in modo seu affectio-  
ne, & diuisione generali.*

2. *Affectio gubernationis*, seu prouiden-  
tiæ actualis, est, occupari circa omnia &  
singula, solo nutu, sapienter, potenter, iu-  
ste, & valde bene.

3. *Diuisio generalis* est ratione partium,  
& modi.

4. *Partes gubernationis* sunt actio & per-  
missio Dei, conseruatio & destructio re-  
rum & virium, motio & cohibitio earum-  
dem, concursus Dei & cessatio concursus,  
&c

5. *Ex modo gubernatio* est

I. *generalis*, vel *specialis*. Illa etiam v-  
niueisalis; hæc, particularis dicitur.

II. *immediata*, vel *mediata*.

III. *efficiens*, vel *permittens*: seu, effe-  
ctuia, vel *permissuia*.

IV. *ordinaria*, vel *extraord' naria*; & hic  
sunt *miracula*.

6. *Miracula* spectantur in conditioni-  
bus seu affectionibus & diuisionibus suis.  
*Conditiones* sunt: esse euidentia, vera, supra  
vires naturæ creatæ, directa ad finem bo-  
num. *Diuisiones* sunt, quod *miracula* sunt  
vera, vel falsa; & illa *immediata*, vel *me-  
diata*; priuatiua, vel positiua; D. i., Christi  
Iēas ḥρωπα, & seruorum Dei atque Christis  
Bēatiis, vel ēλατίωσις, &c.

L e.

L o c u s XVIII.

Degubernatione creaturarum non-intelligentium.

Gubernatio mundi in specie est creatura. Grum non-intelligentium, vel intelligentium.

1. Gubernatio creaturarum non-intelligentium cernitur in continuo influxu Dei, & seruitute seu vanitate ipsarum creaturarum. Legantur hie historia naturales.

2. Continuum Dei influxus spectatur in partibus & obiectis suis.

3. Partes influxus diuini sunt perennitas, & successio. Perennitas est rerum illarum, quæ permanent: ut cœli, terræ, maris, & omnium specierum. Successio est rerum illarum; quibus intereuntibus aliæ eiusdem speciei; continenter succeedunt.

Obiecta influxus divini sunt mundus superior & inferior, seu regio cœlestis & elementaris.

4. Mundus superior à Deo regitur & conservatur fere immediate, secundum ordinem creationis.

5. Mundus inferior à Deo regitur & conservatur fere mediate, iuxta ordinem in creatione à se institutum.

Mediate, inquam, ita, ut Deus vtratur

C mediis

mediis cœlestibus, vel elementaribus.

6. *Mediis cœlestibus* vtitur Deus tum in collustratione regionis elementaris, tum in affectione eius multiplici, eaque vel sensibili, vel occulta. *Affectio sensibilis* est in cœlefactione, & vicissitudine temporū, in diuersis zonis; item in serenitate & tempestate varia: ita vt hic sit gubernatio ordinaria, & extraordinaria, seu constans & inconstans. *Affectio occulta* fit insensili virtute stellarum, quam influentiam vocant: cuius manifestum documentum est in luna.

7. *Mediis elementaribus* vtitur Deus tum ad ipsa elementa, tum ad corpora ex elementis composita.

8. *Ad elementa*, in primis ad aerem & terram. *Ad aerem*, videlicet expurgandum, exsiccandum, vel humectandum vtitur meteoris igneis, aëreis, & aqueis. *Ad terram*, videlicet humectandam & irrigandam, vtitur meteoris aqueis.

9. *Ad corpora ex elementis composita*, vt ad mineralia, vegetabilia, & animalia.

10. *An mineralia sub terra coquenda* vtitur humore & calore. Itaque ipsum gubernatio est occulta seu latens.

11. *Ad vegetabilia nutrienda & vege-*  
*tanda* vtitur succo terræ, tanquam lacte, & meteoris aqueis.

12. *Ad*

12. Ad animalia nutrienda & alenda vti-  
tur cibo & potu, id est, mineralibus, vege-  
tabilibus & ipsissimis animalibus. Immedia-  
tè quoque gubernat animalia, dum ea vi  
illis insita mouet ac regit.

13. Seruitus, seu vanitas, creaturarum  
non-intelligentium, est iudicium Dei, quo  
illæ maledictioni & corruptioni factæ  
sunt obnoxiae propter hominis lapsum.  
*Gen 3. Rom. 8.*

## L O C V S X I X .

### De gubernatione creaturarum in- telligentium in ge- nere.

1. Gubernatio creaturarum intelligentium  
spectatur in genere, & in specie, ut  
est tum angelorum tum hominis.

In genere hic est modus docendi & im-  
plendi Deo dignus. Vtrique respondere  
debet officium creature rationalis.

2. Modus docendi Deo dignus in genere est  
sine conditione, vel cum conditione, eaq;  
expressa, vel intellecta: item, simplex, vel  
ex pluribus compositus: in specie, est ante  
vel post officium creaturarum intelligen-  
tium. Ante officium illarum, est narra-  
tio, hortatio, legislatio ( caue vel

C 2 præ-

præceptio, vel interdictio, vel concessio,  
sub qua continetur consilium ) & sanctio,  
quæ est promissio, vel comminatio. Vbi  
non extat sanctio, ibi est intelligenda in-  
dulgentia. Post officium illarum, est appro-  
batio & commendatio, improbatio & re-  
prehensio, excusatio & absolutio, denique  
accusatio & condemnatio.

3. Modus implendi Deo dignus est præ-  
mium seu beneficium, vel poena seu iudi-  
cium; impeditio vel permissio; & denique  
toleratio.

Officium creaturarum intelligentium est  
circa modum docendi & implendi.

4. Officium circa modum docendi est fides,  
circumspectio, obedientia, spes, suspensio  
fidei & spei, laetitia & tristitia.

5. Officium circa modum implendi est gra-  
titudine, humilitas, rectus usus liberi arbi-  
trii, & pœnitentia.

## Locus XX.

### De angelis.

1. Gubernatio angelorum sequitur: estque  
angelorum in genere, vel in specie  
bonorum & malorum.

2. Angeli in genere sunt æquales ex crea-  
tione: ubi sunt ipsorum proprietates inse-  
parabiles; & dotes separabiles,

3 Pro-

3. Proprietates angelorum inseparabiles sunt essentia merè spiritualis, immortalitas, summa vis intellectus & voluntatis & potentia agendi expedita.

4. Dotes separables sunt virtus & beatitudo. Ibi est sapientia in intellectu, & sanctitas in voluntate, hic est gloria & gaudium.

5. Angeli boni considerantur communiter, & singulariter.

Communiter in iis spectantur causa efficiens bonitatis, & ipsorum propria tum adiuncta, tum effecta.

6. Causa efficiens bonitatis eorum prima est electio & sustentatio diuina: secundaria, voluntas ipsorum.

7. Propria adiuncta sunt eximia claritas, & veritas notitiae in intellectu, & excellens amor boni in voluntate, & inde offert singularis gloria in conspectu Dei.

8. Propria effecta bonorum angelorum sunt respectu Dei, ipsorum bonorum angelorum, malorum angelorum, totius mundi, & hominum electorum vel reprobrum.

9. Singulariter in bonis angelis occurrit ipsorum numerus & distinctio, eaque ordinaria & extraordinaria. Illa est in hierarchia, hæc in ministerio seu legationibus.

10. *Angeli mali considerantur communiter & singulariter.*

*Communiter in iis spectantur causa malitiae, propria adiuncta & effecta, denique pena.*

11. *Causa malitiae angelorum est petulans abusus liberi arbitrii Iohann. 8. 44. Iudic. vers. 6.*

12. *Propria adiuncta sunt obscuritas & dubitatio in intellectu; auersio à Deo & contumacia in voluntate; denique deformitas longe maxima in actionibus.*

13. *Propria effecta malorum angelorum sunt vera, vel falsa seu præstigiatoria: & vera rursus sunt respectu Dei, bonorum angelorum, ipsorummet malorum angelorum, totius mundi, & hominum electorum vel reproborum.*

14. *Pœna ipsorum est interna vel externa. Interna est in priuatione donorum privatarum, cui successit horribilis corruptio & æksiæ in viribus & actionibus: externa est tum in ejectione ipsorum è cælo, tum in abiectione perpetua.*

15. *Singulariter in malis angelis occurrit ipsorum numerus & distinctio, eaque ordinaria & extraordinaria. Illa est in ordine, quo alius est princeps, alii subditi; hæc in effectis & operarum distributione.*

L o c u s X X I .

De imagine Dei.

1. **G**ubernatio hominis alia est ante lapsum, alia post lapsum.

Gubernatio hominis ante lapsum cernitur in imagine Dei & foedere naturæ.

2. *Imago Dei in homine non fuit originalis, substantialis, quomodo Filius Dei est imago Patris; sed imitatrix & accidentalis, quomodo etiam est in angelis.*

*Imago Dei in homine alia est naturæ, alia gratiæ. Illa est inseparabilis; hæc, separabilis.*

3. *Imago Dei, qua dicitur natura, in homine spectatur quantum ad animæ substantiali spiritualem, simplicem & immortalem; animæ facultates, intellectum & voluntatem; lumen naturæ in intellectu; libertatem in voluntate; & corporis structuram & statutam.*

4. *Imago Dei, qua dicitur gratia; in homine consistebat in quatuor rebus:*

I. *In intellectu erat eximia sapientia, & integra cognitio Dei ac operum eius.*

II. *In voluntate erat iustitia & sanctitas originalis.*

III. *In corpore erat dispositio par-*

C 4 tium

tium perfecta, temperamentum eximum,  
egregia pulchritudo, imperatoria maie-  
stas, & immortalitas.

IV. *In toto homine erat felicitas, quæ co-  
pletebatur ista quatuor: 1. sa. etissimam  
communionem & familiaritatem cū Deo.  
2. omnia bonorum, habitationis am-  
nissimæ, ciborum optimorum &c. affluen-  
tiam. 3. imperium in omni animalia abso-  
lutissimum. 4. immunitatem ab omni la-  
bore & molestia plenissimam.*

## L o c u s XXII.

### *De fœdere naturæ.*

1. *Fœdus naturæ, quod alias fœdus crea-  
tionis, operum, & religionis naturalis.  
dici solet, consideratur ut institutum, &  
violatum.*

2. *Fœdus naturæ institutum continetur  
actionibus Dei creatoris, & hominis.*

3. *Actiones Dei sunt quatuor:*

I. *Concessio. Gen. 1. v. 28 29. 30. C. 2. v. 16.*

II. *Legislatio. Gen. 2. v. 16. 17*

III. *Promissio: quam Deus obsignauit  
sacramento arboris vitæ. Gen. 3. v. 22.*

IV. *Comminatio: cui addita fuit arbor  
scientiæ boni & mali, tanquam signum  
experiundi boni & mali, atque ad expre-  
sionæ mortis, his qui fructu eius vesce-  
tentur. Gen. 2. v. 16. 17.*

4. *Actio-*

4. Actiones hominis debebant esse fides;  
& obedientia propriis viribus præstanda.

5. Fœdus naturæ violatum est per trans-  
gressionem legis à Deo latæ Genes. 2. vers.  
16. 17.

L o c u s XXIII.

De libero arbitrio.

Vibernatio hominis post lapsum spectatur  
in libero arbitrio, peccato, & aliqua  
repressione peccati.

1. Liberum arbitrium consideratur com-  
muniter, vel singula iter.

2. Liberum arbitrium communiter specta-  
tum est immuno à coactione.

3. Immunitas à coactione alia est deter-  
minationis, alia indifferentiæ, & illa est de-  
terminationis felicis, vel infelicis; haec est  
libertas contradictionis seu exercitii, vel  
contrarietatis seu specificationis.

4. Liberum arbitrium singulariter est tum  
Dei creatoris, tum creaturæ rationalis.

5. Liberum arbitrium Dei est αὐτοκονσορ  
ῥαγη πατεξεῖσθαι.

6. Liberum arbitrium creatura rationalis;  
aliud est ante lapsum, aliud post lapsum.

7. Liberum arbitrium creatura rationalis;  
ante lapsum erat, quod in utramq; partem,

C. 55 hoc.

§8

Ie. Henr. Alstedii

hoc est, ad bonum vel malum inclinare poterat.

8. Liberum arbitrium creature rationalis post lapsum, aliud est angelorum, aliud hominis.

Liberum arbitrium angelorum est tum bonorum, tum malorum.

9. Angelorum bonorum liberum arbitrium hic esse coepit, & est ad bona tantum.

10. Angelorum malorum liberum arbitrium hic esse coepit, & est ad mala tantum.

Liberum arbitrium hominis post lapsum bifariam consideratur: ut est in hoc seculo, & ut erit in altero.

Liberum arbitrium hominis in hoc seculo aliud est in homine non-renato, aliud in renato.

11. Liberum arbitrium hominis non-renati est ad mala tantum in spiritualibus, & ad mala sere in moralibus & ciuilibus. Hinc ab Augustino appellatur seruum & captiuatum lib. 2. contra Julianum, & ad Bonifac. lib. 1. c. 3. & lib. 3 cap 8.

12. Liberum arbitrium hominis renati est partim ad bonum, partim ad malum. Augustino dicitur arbitrium liberatum lib. 3. ad Bonif. c. 8. scil. ex parte.

Liberum arbitrium hominis in altero seculo  
cix

erit tum beatorum, tum damnatorum.

13. Liberum arbitrium hominum beatorum in altero seculo erit ad bonum tantum.

14. Liberum arbitrium hominum damnatorum in altero seculo erit ad malum tantum.

L O C V S XXIII.

De peccato & pœna peccati.

1. Peccatum consideratur in genere, & in specie.

Peccatum in genere spectatur in natura, gubernatione, & effectis suis.

2. Natura peccati est in ortu & modo eius.

3. Orsus peccati non est à Deo, sed à creatura rationali libere deficiente à Deo.

4. Modus peccati est in materiali & formalis eius. Materiale est qualitas, actio, vel passio: formale,  $\alpha \nu \xi \alpha$  seu  $\alpha \nu \omega \rho \iota \alpha$ .

5. Gubernatio peccati est actio Dei circa initium, progressum, & consummationem peccati.

6. Gubernatio Dei circa initium peccati est partim concursus actionis Dei cum actione creaturæ, partim impeditio vel

C 6 pœ-

60. Io. Henr. Alstedii

permisso actus mali, partim administratio & oblatio argumentorum & occasio-  
num.

7. Gubernatio Dei circa progressum peccati  
est directio & determinatio.

8. Gubernatio Dei circa consummationem  
peccati est punitio, vel remissio.

9. Effecta peccati sunt reatus, & poenae.

10. Reatus est aliis culpæ, alias poenæ.

11. Pœna peccati est varia. Nam ratione  
mediæ est interna, vel externa; propriè, vel  
analogicè diæta; spiritualis, vel corporalis;  
originalis, vel aduentitia; ordinaria, vel  
extraordinaria; immediata, vel media-  
ta; nuda pœna, vel simul etiam peccatum;  
priuatio gratiæ habitualis, vel assistentis;  
damni, vel sensus: ratione temporis, est tem-  
poralis, vel æterna: ratione gradus, maior,  
vel minor: denique ratione subiecti recipi-  
entis, est angelorum malorum, vel homi-  
num piorum aut impiorum.

Peccatum in specie est primum, vel or-  
tum.

12. Peccatum primum est lapsus tum an-  
gelorum quorundam, tum primorum ho-  
minum Adami & Eveæ.

13. Peccatum ortum est corruptio crea-  
turæ rationalis lapsus secuta. Est quena-  
turale, vel actuale.

14. Pec.

14. *Peccatum naturale*, seu in natura hæres, est partim defectus iustitiae originalis, partim parua inclinatio seu concupiscentia.

*Estque tum angelorum malorum, tum hominis.*

15. *Peccatum naturale angelorum malorum* est carentia sapientiae & iustitiae originalis inesse debitæ, & inclinatio seu propensio ad malum, quæ statim à lapsu in eis, omnibus simul extitit.

*Peccatum naturale hominis* est tum Adami & Evæ, tum posteriorum.

16. *Peccatum naturale Adami & Evæ* est corruptio illa, quæ st. tim. à lapsu in eis, extitit: hoc est, carentia sapientiae ac iustitiae originalis, & prava concupiscentia.

17. *Peccatum naturale posteriorum Adami & Evæ*, ipius per naturalem propagationem inhæret: vnde *peccatum originis*, seu *originale*, in ecclesia dicitur.

*Eius partes duæ sunt*: videlicet defectio in lumbis primorum parentum, seu imputatio defectionis illius; & corruptio, sive peccatum defectus iustitiae originalis, tum prava concupiscentia, seu propensio ad malum.

18. *Peccatum actuale* est malorum angelorum, vel hominis..

19. Peccatum actuale malorum angelorum est irremissibile & mortale.

20. Peccatum actuale hominis varie dividitur ex causis, effectis, subiectis, & adiunctis suis.

I. Ex causis: peccatum actuale est per se, vel per accidens: ex scientia, vel ex ignorantia profectum: infirmitatis, vel malitiae: omissionis, vel commissionis: voluntarium, vel inuoluntarium, &c.

II. Ex effectis: peccatum actuale est regnans, vel non-regnans: vastans conscientiam, vel non: offendens alium, vel non, & illud dicitur scandalum.

III. Ex subiectis: peccatum actuale committitur aduersus Deum, vel hominem: est internum, vel externum: committitur aduersus legem, vel euangelium; & illud aduersus primam, vel secundam tabulam, &c.

IV. Ex adiunctis: peccatum actuale est remissibile, vel irremissibile: clamans, vel non: dulcescens, vel sordescens: viuum, vel mortuum: mortale, vel veniale: magnum, vel paruum,  
&c.

Le-

L o c u s   XXIV.

De lege.

1. Repressio peccati, quæ fit in regno prævidentia, est generalis seu communis, vel specialis seu propria.

Repressio generalis fit per legem.

2. Lex est archetypa, vel ectypa.

3. Lex archetypa est sanctissima Dei natura.

4. Lex ectypa consideratur communiter, & singulariter.

Communiter in affectionibus suis & divisionibus generalibus.

5. Communes affectiones legis ectypæ sunt in perfectione ipsius, & rigida exactione.

6. Divisiones generales legis ectypa, sunt: quod est communis, vel propria; æterna, vel temporaria, seu immutabilis, vel mutabilis; simplex, vel mixta, &c.

Singulariter lex ectypa est non-scripta, vel scripta seu positiva.

7. Lex non-scripta est lex naturæ.

8. Lex scripta est diuina, vel humana.

9. Lex diuina est moralis, ceremonialis, vel iudicialis siue forensis.

10. Lex moralis consideratur quantum ad summam & ysum.

11. Sum-

11. *Summa legis moralis est decalo ius: cuius occurrit promulgatio, corruptio Pharisæica, & assertio à corruptela Matth. 5.*

12. *Vsus legis moralis est in statu innocentiae, misericordiae, gratiae, & gloriae.*

13. *Lex ceremonialis consideratur ratione vigoris, antiquationis, & usus in N. Test.*

14. *Lex Mosaica forensis est purè forensis, vel mixta; & hæc est vel forensis & ceremonialis, vel forensis & moralis.*

15. *Lex humana, seu ciuilis, est legitima, vel illegitima.*

## L o c u s XXV.

### *De coniugio.*

**R**epresso peccati propria fit in societate œconomica, politica, vel scholastica.

*Societas œconomica prima est in coniugio.*

1. *In coniugio spectantur ista tria: quomodo contrahatur, colatur, & dissoluatur. Legantur hic historia œconomica.*

2. *Circa coniugium contrahendum attenditur, prima eius institutio, personarum contrahentium conditio, & modus contrahendi.*

3. *Prima institutio coniugii est Gen. 2.*

4. *Conditio personarum contrahentium coniugii.*

*coniugium*, siue sint politicæ, siue ecclesiasticæ est cum pubertas, tum legitimus consensus.

5. *Pubertas*; videlicet ut per ætatem sint aptæ & habiles ad coniugium.

6. *Consensus legitimus* est voluntas è sano iudicio profecta, cum lege Dei & naturæ; ac honestis hominum constitutionibus consentiens.

*Lex Dei* & *natura* cum honorem erga parentes, tum pudorem & reuerentiam sanguinis requirit.

7. *Honor parentibus prestatur*, si liberè consilio & voluntate ipsorum matrimonium contrahant.

8. *Pudor* & *reuerentia sanguinis* requirit, nec cum nimis propinquis contrahatur matrimonium.

9. *Propinquitas illa* est in consanguinitate & affinitate.

10. *Consanguinei* discernuntur gradibus & lineis.

11. *Gradus* est generatio personæ.

12. *Linea* est series graduum. Estq; recta, vel transuersa. *Linea recta* est ascendens, vel descendens. *Linea transuersa*, uæ etiam dicitur obliqua & collateralis, est æ qualis, vel inæqualis.

13. *Affines* etiam discernuntur gradibus & lineis. Etsi enim *affines* ab affinibus non gene-

generantur: tamen quia affinitas est similitudinem quoddam consanguinitatis, similitudine quadam gradus & lineæ dicuntur, & eodem modo, quo in consanguinitate, numerantur & distinguuntur.

14. Honestæ hominum constitutiones sunt, quæ ob ecclesiasticum vel politicum finem, pro circumstantiis locorum, temporum, & personarum ab ecclesia vel magistratu sanciuntur.

15. Modus contrahendi coniugium cernitur in promissione & consummatione. Hinc coniugium est promissum, vel consummatum.

16. Coniugium promissum appellamus sponsalia.

17. Coniugium consummatum est in ipsa coniugio cohabitatione: quæ solet nuptiarum ritu sanciri.

18. Coniugium colitur meditatione finis coniugii, & mutuis officiis coniugum.

19. Finis coniugii est proprius, vel accessorius. Ille est procreatio liberorum, & intima duorum hominum familiaritas atque communio: his est, ut coniugium sit remedium aduersus unctionem.

20. Officia coniugum mutua sunt vel triusque communia, vel alterutrius propria.

21. Dissoluitur, sive dirimitur, coniugium, quod

quod per se nullum esse declaratur, aut quod rescinditur, siue sit promissum, siue consummatum.

22. Coniugium nullum esse declaratur, quando vitium est in consensu contrahentium, aut in personis contrahentibus. In consensu: cum ille est turpis, vel iniustus. In personis: quando corrupta deprehenditur, quæ pro virgine nupsit; aut quando altera persona est inhabilis.

23. Inabilitas ista est à natura, ut in frigidis: à morbo, ut in fascino: à violentia externa, ut in læsione genitalium &c.

24. Coniugium promissum dissoluitur reprobio: consummatum, diuortio: utrumque morte.

25. Repudium fieri potest, quando post legitimum consensum in personis vitium superuenit: ut est furor, motbus contagiosus vel hæreditarius, infamia ob flagitium perpetratum &c.

26. Diuortium fit duobus modis: dimissione, & desertione.

27. Dimissionis causa est una tantum de iure diuino, videlicet adulterium: de iure ciuili sunt etiam aliæ, ut morbus contagiosus, veneficium, &c.

28. Desertio hic intelligitur malitia, fa.

29. Mor-

29. *Morte dissoluitur coniugium, siue promissum, siue consummatum.*

## L O C V S XXVI.

### *De magistratu.*

1. IN societate politica sunt magistratus, & subditi. Legantur hic *historia & politica*.
2. *Magistratus occurrit vocatio, & functio.*
3. *Vocatio magistratus est immediata, vel mediata; ordinaria, vel extraordinaria; simplex vel mixta, &c.*
4. *Functio magistratus spectatur in fundamento, partibus, & speciebus suis.*
5. *Fundamentum functionis sunt bona animi, corporis, & fortunae, quæ requiruntur in magistratu.*
6. *Partes functionis sunt tum ratione magistratus superioris & inferioris, itemque ratione rerum diuinarum & humanarum; tum tempore pacis, vel belli.*
7. *Functio magistratus tempore pacis fit extra iudicium, vel in iudicio.*
8. *Functio magistratus tempore belli spectat bellum antecedentia, connexa & consequentia.*
9. *Species functionis sunt monarchia, aristocratica, & democratis.*
10. *Subditi sunt vel in rebus subditi, vel potest.*

sive  
potestate aliqua prædicti. Officium ipsorum  
est aliud erga magistratum, aliud erga se  
inuicem.

Locus XXVII.

De scholis.

1. In societate scholastica sunt præceptores,  
& discipuli. Legantur hic historia de  
scholis, item de sacris gentilium. Ea siquidem  
in scholis suis tradiderunt.

2. Præceptorum occurrit vocatio, & fun-  
ctio.

3. Vocatio præceptorum consideratur ali-  
ter apud Iudeos in V. T. aliter apud Chri-  
stianos in N. T. aliter apud gentiles utro-  
bique.

4. Functio præceptorum spectatur in fun-  
damento, id est, requisitis, & partibus offi-  
cii.

5. Discipulorum officium est aliud erga  
præceptores, aliud erga se inuicem.

Locus XXVIII.

De executione prædestinationis circa  
angelos in hac vita.

Xposita est executio decreti prouidē-  
tiæ: sequitur executio decreti prædestina-  
tionis,

sionis, quæ sit in hac vita, vel post hanc vitam: & illa occupatur circa angelos, tum bonos, tum malos; haec, circa homines.

2. Executio predestinationis circa angelos bonos in hac vita cernitur in statu & officio ipsorum.

3. Status honorum angelorum est semper videre faciem Patris coelestis, Matth. 18.

4. Officium ipsorum est quantum ad Deum, Christum, homines electos Vet. & N. T. denique reprobos.

5. Executio predestinationis circa malos angelos in hac vita similiter cernitur in statu & ministerio ipsorum.

6. Status illorum est, versari in perpetua miseria, sive in inferno detineantur, sive inde emittantur ad exercendum iudicia Dei.

7. Ministerium ipsorum est circa homines electos & reprobos.

## L o c u s XXIX.

### De fædere gratia.

8. Executio predestinationis circa homines in hac vita, respicit electos & reprobos: & huius non vocantur ad communionem gratiæ vel vocantur. Vide ipsius loc. seqq.

*Synopsis Theologie.*

71

seqq. ex quibus colligi potest benedictio spiritualis hypocitarum, & maledictio spiritualis tum hypocitarum, tum non-vocatorum; puta desertio, excæcatio, induratio &c.

*Homines electi assumuntur in fœdus gratiae.*

2. *Fœdus gratiae spectatur in forma, fundamento & applicatione sui.*

3. *Forma fœderis gratiae est interna, vel externa.*

4. *Forma interna consistit in substantia fœderis gratuiti, quæ cernitur in graticosa obligatione tum Dei, tum hominis. Ibi est promissio; hic, re-promissio: vira que gratuita.*

5. *Promissio Dei gratuitæ est de remissione peccatorum, & de inscriptione legis in corda nostra.*

6. *Re-promissio hominis gratuita est de fide & noua obedientia. Hæc re-promissio dicitur gratuita, quoniam homo eam facit & præstat ex gratia Dei.*

7. *Forma externa est in œconomia seu administratione varia in Veteri & Novo Testam.*

8. *Œconomia fœderis gratiae in V.T. fuit in operosa & onerosa, itemque contracta ad certum populum. In oneribus istis excellunt festa & sacrificia.*

9. *Festa*

9. *Festa V.T.* erant sabbatum, Pascha, Pentecoste, Scenopegia, festum tubarum, &c.

10. *Sacrificia V.T.* erant *iλασικα*, *propitatoria*, vel *Ωχαεικα*. *Sacrificium propitiatorium*, seu *expiatorium*, erat *vniuersale*, vel *particulare*. *Vniuersale*, seu *Διαδεικηνόν*, erat, quo *omnium peccatorum in Christo expiatio significabatur*, & *obsignabatur*. Dicitur *holocaustum*, *brandopfer*. Erat autem animalium maiorum, ut *bouis, agni &c.* vel minorum, ut *turturum*. *Particulare*, seu *διπλυτελικόν*, erat, quo certorum quorundam peccatorum *expiatio significabatur* & *obsignabatur*. Erat autem duplex: *vnum pro peccato, alterum pro delicto*. *Sacrificium eucharisticum* erat *simplex*, vel *mixtū*. *Simplex* *vno rerum offerendarum generre constabat*: & erat *hostia paciforū, danckopfer*; vel *oblatio, speissopfer*: *mixtum, lobkopfer*/ex diuersis rerum generibus constabat, ut ex animalibus & terræ frugibus.

11. *Oeconomia fœderis gratia in N.T.* est *facillima & latissimè patens*. Sub initium fuerunt tria ipsius curricula. 1. à Iohanne Baptista usque ad primam N. T. Pentecosten. 2. inde usque ad excidium politiæ Iudaicæ. 3. inde ab isto excidio. Hinc epocha N.T. aliter atque aliter figi solet.

Lo-

L o c u s . XXX.

De Christo mediatore.

1. **F**undamentum fœderis gratiae est Christus mediator cuius occurrit persona, & officium.

*Circa personam & officium Christi operet spectare rem ipsam & phrasin.*

*Res ipsa est quantum ad personam & officium Christi ab olate, vel ratione status atque cultus.*

2. Personæ Christi onstat ex duabus naturis diuina & humana.

*Naturarum istarum spectatur veritas, & unio.*

3. Veritas clucescit ex proprietatibus.

4. Proprietates diuina natura in Christo sunt essentiales, vel personales.

5. Proprietates humana natura in Christo sunt essentiales seu perpetuae, vel accidentales seu temporarie: & utrumque sunt vel totius naturæ humanæ, vel alterutrius partis, videlicet animæ, vel corporis.

6. Unio naturarum est personalis seu hypostatica.

*In ea spectatur modus & effectum.*

*Modus unionis consistit in incarnatione, & eius adjunctis.*

7. Incarnatio est in conceptione, assumptione, & nativitate.

D

8. Con-

8. *Conceptio est, qua Filius Dei factus est verus homo in utero virginis Mariae, per operationem Spiritus sancti; quæ est ium in formatione factus, seu humanae naturæ, tum in illius sanctificatione.*

9. *Assumptio humana naturæ est, qua filius Dei Filius humanam illam naturam à primo conceptionis momento, sibi associavit in suam hypostasin.*

10. *Natiuitas est, qua factus ille in lucem est editus.*

11. *Adiuncta unionis hypostaticæ sunt, quod facta est ἀσυγχώτως καὶ ανέτρεψις, εἰδαιρέτως καὶ οἰκετικῶς. Quidam addunt, εἰδαιρετικῶς.*

12. *Effectum unionis hypostaticæ est ratione personæ, & humanae naturæ. Vbi est communio, eaq; tum naturarum, tum propriatum, scil. in persona: hic sunt dona humanae naturæ.*

13. *Officium Christi spectatur in se. & beneficiis.*

*Officium Christi in se spectatum est triplex: propheticum, sacerdotale, & regnum.*

14. *Officium Christi propheticum spectatur in partibus, & administratione. Partes sunt promulgatio externa euangeli, & interna illuminatio cordis. Administratio*

strati spectatur tum in Vet. Testam, ubi Christus ordinarie docuit per sacerdotes & seruos suos; extraordinarie, apprendo patribus: tum in Nouo Testamento ubi Christus docuit in Iudea, & hodie nos docet per seruos suos: tum denique in celo, ubi docet sanctos angelos & homines.

15. Officium Christi sacerdotale positum est in satisfactione, & intercessione. Satisfactionis partes sunt obedientia activa & passiva. Intercessio est in statu exinanitionis, & exaltationis.

16. Officium Christi regium positum est in regno economico: cuius administratio cernitur in collectione ecclesiae, eiusq; defensione.

17. Status Christi est duplex, exinanitionis & exaltationis. Utique concerit personam, & officium ipsius.

18. Status exinanitionis cernitur in incarnatione, actionibus, & passioibus Christi.

19. Status exaltationis positus est in resurrectione ex mortuis, ascensione in celum, sessione ad dextram Patris, & reditu ad iudicium.

20. Cultus Christi mediatoris positus est in fide, adoratione, & invocatione speciali quae sit in baptismo. Adoratio facta

D : est

est & sit in statu exinanitionis & exaltationis; & continetur petitione atque gratiarum actione.

21. *Phrasis*, seu *prædicatio*, hic est modus loquendi, quo scriptura de persona, officio, & statu Christiloquens, uti solet.

*In phrasihac spectantur partes & genera ipsius.*

22. *Partes phraseos* sunt *subiectum*. & *prædicatum*. *Subiectum* exprimitur vocabulis concretis, vel abstractis. *Concretis*: ut sunt *Immanuel*, *λόγος*, filius hominis, mediator, ego, hic. *Abstractis*: ut sunt caro, corpus, sanguis Christi. *Prædicatum* concretis plerumque vocabulis exprimitur, quandoque etiam abstractis. Est autem *prædicatum* proprium, vel commune. *Proprium* est nomen personæ & proprietatis personalis, ut esse filium Dei, filiem hominis, natum esse ab aeterno à Patre, & in tempore ex matre: vel naturæ, & proprietatis actionisque naturalis, ut esse Deum, hominem, aeternum, circumscriptum, creare, edere. *Commune* est nomen significans officium aut statum Christi, ut esse mediatorem, humiliari, exaltari, sedere ad dextram Patris.

23. *Genera prædicationis* duo sunt: *idoneia* seu *idoneinoris & cognitioria*. *Illa* est, quando *prædicatum* naturæ proprium, de per-

sonâ

sona enuntiatur, vt, Christus est homo, est  
æternus, est mortificatus carne &c. Deus  
acquisuit suo sanguine ecclesiam, &c: *hac*  
est, quando prædicatum utrique naturæ  
commune, communī quoque nomine de  
persona enuntiatur; vt, Christus est panis  
vitæ, sacerdos, redemptor, &c. Ad idiomati-  
ci perinē *magistraria idiomatis*, communica-  
tio idiomatum, quæ dicitur.

### L o c u s XXXI.

#### *De euangelio.*

1. *Aplicatio fœderis gratiæ fit per promul-  
gationem & ob-signationem ipsius.*
2. *Promulgatio fœderis gratiæ fit per eu-  
angelium in ecclesia.*
3. *Euangelium consideratur absolute, &  
comparatè.*
4. *Euangelium absolute spectatur in sua  
substantia, quæ in eo vertitur, vt sit myste-  
rium de salute nostra per Christum.*
5. *Euangelium comparatè spectatur par-  
tim in sua œconomia, partim in collatione  
eum lege.*
6. *Œconomia euangelii alia est atque alia  
in V. & N.T. Vnde euangelium diuidi so-  
let in vetus & nouum. Euangelium vetus est  
in promissionibus, typis, & ceremoniis,  
principueque in sacrificiis: nouum est de  
Christo iam exhibito.*

D 3

7.Cel.

7. Collatio euangelii cum lege cernitur in  
conuenientia & differentia.

### L o c u s   X X X I I .

#### *De ecclesia.*

1. Ecclesia spectatur in se, & opposite  
quantum ad hostes. Illa est vera, haec  
falsa.

Ecclesia in se spectatur ratione collectio-  
nis, & gubernationis.

Collectio ecclesia cernitur in varietate, v-  
nitate, & veritate.

2. Collectio ecclesia quantum ad varia-  
tem est alia ratione modi, alia ratione tem-  
poris. Vnde oritur varia partitio eccl-  
esiæ.

3. Ratione modi ecclesia est

I. inuisibilia, vel visibilia.

II. catholica, vel particularis: & illa est ori-  
umphans vel militans.

III. pura, vel impura.

IV. publica, vel priuata.

4. Ratione temporis ecclesia est V. vel VI.  
Test.

5. Unicus ecclesia est ratione capitis, &  
membrorum.

6. Caput ecclesie catholica & inuisibilis, est  
solus Christus: particularis & visibilis, est  
praepositus ecclesiæ.

7. Mem-

7. Membra ecclesiae catholicae & immisibilis, sunt soli electi, iam congregati ad ecclesiam, siue sint perfecti, siue infirmi: particularis & visibilis ecclesiae membra sunt promiscue credentes & hypocritae.

8. Veritas ecclesiae cognoscitur ex notis: quarum alia concernunt ecclesiam invisibilem, siue sit catholica, siue particularis: alia visibilem. Ibi sunt fides, spes, & charitas: hic est conseruatio verbi Dei & sacramentorum; & illius quidem prædicatio, horum vero administratio, si ecclesia sit publica.

### L o c u s XXXIIIE.

#### De vocatione.

Gubernatio ecclesia est principalis, vel ministerialis. Illa est interna, vel exteriora hac externa tantum.

Principalis gubernatio ecclesia est in dispensatione beneficiorum Dei; quorum alia sunt principalia, alia accessoria.

2. Beneficia Dei principalia erga ecclesiam sunt spiritualia.

Suntque prima, vel orta: & illa sunt numero tria, vocatio, iustificatio, & sanctificatio.

3. Vocatio spectatur in se, & effectis suis.

D 4

Kar.

*Vocatio in secessatur ratione modi & latitudinis.*

4. *Ratione modi vocatio est.*

I. *efficax, vel inefficax.*

II. *interna, vel externa: & illa posita est in separatione peccatoris ē mundo, atque illius infusione in Christum.*

III. *immediata, vel medata.*

IV. *ad communionem gratiae tantum, vel ad communionem rationis & gloriarum simul.*

5. *Ratione latitudinis vocatio est communis, vel propria. Et illa est Iudeorum, vel Gentium. Vocatio Iudeorum rursus est alia. V. alia N. T.*

### L O C U S XXXIV.

#### *De fide.*

1. *E fides & vocationis sunt fides, & sanctitas.*

2. *Fides est historica, miraculorum, temporaria, vel salutifica.*

3. *Fides historica, seu dogmatica; est universalis, vel particularis illa respectu Dei verbi. hæc, aliquam eius partem.*

4. *Fides miraculorum est activa, vel passiva.*

5. *Fides temporaria spectatur in conuenientia & differentia cum fide salutifica.*

6. *Fides salutifica spectatur in ortu, auctoritate, & gradu suo.*

7. *Ortus eius est immediatus & extra-ordinarius, vel mediatus & ordinarius.*

8. *Natura fidei salutifica spectatur in es-  
sentiā & efficientia ipsius.*

9. *Essentia eius est ὁλοεπορεία, seu spe-  
cialissima persuasio & applicatio gratiæ  
salutaris in Christo.*

10. *Efficiētia ipsius est, quod ex se pa-  
rit fiduciam, spem, charitatem, & gau-  
dium.*

11. *Gradus fidei salutifica est in simus, me-  
dius, & summus.*

L O C V S    XXXV.

De sanctitate.

1. *Sanctitas, quæ existit ex vocatione, a-  
nalogia est fidei. Proinde est vera, vel  
parens.*

2. *Sanctitas vera respondet fidei salutifi-  
cæ. Estque alia imputata, alia inhærens.*

3. *Sanctitas imputata cernitur in iustifi-  
catione.*

4. *Sanctitas inhærens est inchoata, vel  
consummata.*

5. *Sanctitus inchoata est in sanctifica-  
tione.*

6. *Sanctitas consummata est in glorifica-  
tione.*

D. 55

7. SAN-

32. Io. Henr. Alstedii

7. Sanctitas apparenſ respondet fidei Hi-  
storice, miraculorum, & temperatiae.

L o c u s . XXXVI.

De iustificatione.

1. Iustificatio hominis coram Deo spectatur:  
communiter & singulariter.

Communiter in forma & adiunctis suis.

2. Iustificationis forma est absolutio ho-  
minis in mente Dei, eiusq; sensus viuus in  
corde hominis.

3. Adiuncta sunt: quod hæc iustificatio  
est vera, completa, efficax & vniuersalis.

Singulariter iustificatio hominis coram  
Deo est legalis, vel euangelica..

4. Iustificatio legalis consideratur in Ad-  
amo ante lapsum, & in humana Christi na-  
tura.

5. Iustificatio euangelica locum habet in:  
omnibus & solis credentibus.

Eius occurunt causa, effecta, & ad-  
iuncta.

6. Causæ iustificationis euangelieæ  
sunt:

I. Efficiens, & aquo principalis, vel instru-  
mentalit. Hic est Ædona Patris, & satisfa-  
ctio Christi: hic fides.

II. Materia est tota iustitia Christi me-  
diatoris, quatenus est mediator.

III. Forma

III. *Forma* consistit in remissione peccatorum, & imputatione iustitiae Christi.

IV. *Finis* est patefactio sapientissimae temperaturae iustitiae & misericordiae Dei, & pax conscientiae nostrae.

7. *Effecta iustificationis* sunt adoptio, libertas, sanctificatio, & glorificatio.

8. *Adiuncta eius* sunt: non admittere magis & minus, fieri semel & simul immente Dei, denique varium admittere suuscasum in cordibus nostris.

### L O C V S XXXVII.

*Desanctificatione & bonis operibus  
in genere.*

1. *Sanctificatio* consideratur in genere, & in specie.

Sanctificatio in genere spectatur in natura, & effectis suis.

Natura sanctificationis consideratur absolute, vel comparatè: & iterum absolute in partibus, & causis suis.

2. *Partes sanctificationis* duæ sunt: aueratio à malo, & conuersio ad bonum. Illa dicta mortificatio veteris; hoc, vivificantio novi hominis.

3. *Causæ sanctificationis* sunt ita:

I. *Efficiens* est principalis gratia Dei: vel organica, ut fides & concio legis & euangelii.

34                  Io. Henr. Alstedii

II. *Materia est peccati odium, & iustitiae studium.*

III. *Forma est renouatio mentis, voluntatis, & affectuum.*

IV. *Finis est gloria Dei, confirmatione electionis, conuersio aliorum, & gaudium sanctorum angelorum & hominum.*

4. *Comparatio sanctificationis est conuenientia & differentia eius cum iustificatione & glorificatione.*

5. *Effectus sanctificationis in genere spectata sunt bona opera, & ipsa in genere considerata.*

*In eis spectatur necessitas, essentia, & gradus.*

6. *Necessitas bonorum operum non est meriti, sed praecepti & medi.*

7. *Essentia bonorum operum est obedientia euangelica, quæ proficitur ex fide, secundum normam verbi Dei, ad ipsius solius gloriam.*

8. *Gradus bonorum operum in hac vita extremissus, secundum magis & minus.*

L O C V S XXXVIII.

*De precipuis operibus bonis..*

**S**anctificatio in specie cernitur in variis: bonis operibus: quorum videnda sunt: summa capita, & praxis..

*Summ-*

Summa ipsorum capita sunt duo. *Aux* enim sunt simpliciter & sua natura bona: aut sunt adiaphora, quæ studio nostro fi-unt bona.

2. *Bona opera*, quæ sua natura sunt talia, referuntur ad primam, vel secundam deca-  
logi tabulam. *Ibi* præcipue est religio, co-  
gnitio Dei, cultus Dei, adoratio Dei, con-  
fessio, imitatio Christi, iuramentum, &  
sabbatum: *hic* est præcipue rectus bono-  
rum terrestrium usus, & beneficentia.

3. *Adiaphora* considerantur in genere,  
& in specie.

4. In genere attenditur adiaphororum  
natura, usus, & abusus.

5. In specie adiaphora præcipua sunt vo-  
rum, ieiunium, ceremoniæ, & delectus ci-  
borum.

4. *Praxis bonorum operum* est in pœni-  
tentia.

*De his* tractabimus in toto hoc capite;  
quod ideo in sectiones suas partiemur.  
Sunt autem in universum XV, hoc modo..

### SECTIO I.

#### *De vera religione, seu pietate.*

**I**N vera religione oportet attendere ad  
ipsius essentiam, affectiones, partes &  
differentiam à falsa religione.

D 71 1, Essenz

1. *Essentia veræ religionis cognoscitur ex dominibus & definitione ipsius.*

2. *Nomina verae religionis sunt; Θρησκεία Iac. 1.27. θρησκεία 1. Tim. 4. v. 7. 8. Ιησοῦς Ἰωάννης 5. 23. seruitus & timor Dei, apud theologos, θρησκεία apud Clementem Alexandrinum lib. 7. Strom. θρησκεία apud Augustinum epist. 29. denique philosophia, passim apud Iustinum Martyrem & Clem. Alexandrinum; & altior philosophia, apud Chrysostomum in oratione de libello repudii. Cuius postremæ nomenclaturæ hæc est ratio: ut sancti illi viri tollerent Græcorum supercilium, qui philosophie suæ tantum tribuerant.*

3. *Definitio est: quod religio strictus de Deo sensus, & cultus iusdem, secundum verbum ipsius. Itaque religio est virtus infusa, à qua homines credentes dicuntur religiosi: non autem est status hominum ad perfectionem Christianam, per paupertatis, continentiaz, & obedientiaz vota tendentium, ut definit Bellarmineus com. de controvers. controversia generali 5. lib. 2. cap. 2.*

4. *Affectiones veræ religionis sunt:*

I. *Divinitas: quod est diuina ortu, materia, forma, fine & effectis.*

II. *Faith: quod in Vet. & Non. Test.*

*rati-*

Synopsis Theologiae.

37

ratione fundamenti est vna tantum ratio agnoscendi colendique Deum, & aeternam felicitatem consequendi.

III. *Vtilitas & necessitas longe maxima:* quod sine ea nemo particeps esse potest vita aeterna: quod est vinculum humanae societatis, firmamentum & basis reip. denique quod omnibus, & ad omnia est utilis.

IV. *Indoles germana: qua fit, ut religio sit potius interna, quam externa.*

V. *Antiquitas: quod religio vera est prima & antiquissima.*

VI. *Constantia: quod est firma & insuperabilis.*

VII. *Sinceritas: quod est absque hypocrisia.*

VIII. *Mutatio: qua fit, ut deformatur & reformetur.*

IX. *Libertas: qua fit, ut religio vera sit spontanea.*

X. *Facilitas: qua fit, ut non sit ipso exi, id est, institutoria, seu nundinatoria.*

5. *Partes vera religionis sunt omnes virtutes, quae in prima decalogi tabula praecipiuntur, exempli gratia, fides qua verbo Dei credim⁹, cognitio Dei, fiducia in Deo, spes in Deo, charitas erga Deum, timor Dei filiarum.*

filialis, humilitas coram Deo, patientia, seruitus Deo debita, confessio veritatis, rituum à Deo institutorum debita obseruatio, &c.

6. *Differentia à falsa religione posita est in hisce:*

I. *Vera religio cogi non vult, sed doceri. Falsa autem constat immanitate illorum, qui eam propagant.*

II. *Religio falsa est nundinatoria.*

III. *Vera religio non est apud philosophos quærenda.*

IV. *Vera religio non habet pro regulâ nostram voluntatem aut intentionem bonam, ve exempla aliorum.*

V. *Vera religio non est æstimanda qualicunq; antiquitate & duratione, nec consuetudine quantumvis diuturna.*

VI. *Vera religio non est æstimanda ex hominum eam sectantium & amplectentium autoritare, dignitate, potentia, multitudine, eruditione.*

VII. *Vera religio non est æstimanda ex felicitate externa & temporali.*

VIII. *Vera religio non nititur successione personarum.*

IX. *Vera religionis predicanda potestas & libertas non nititur priuilegiis humanis sed solius Dei mandato Matth. 10. v. 7. 23. 27. 6. 28. v. 18. 19. Act. 5. 20. 6. 10. 4. 2.*

X. *Vera*

X. *Vera religionis exercitium non deber  
intermitti ob edicta hominum. Dan. 6. 11.  
Act. 4. v. 18. 19. c. 5. v. 28. 19.*

XI. *Vera religio habet legem Dei inte-  
gram, & euangelium perfectum. Falsa non  
habet doctrinam legis integrum; & quid-  
quid ex ea habet, id multis modis corrum-  
pit. Deinde ignorat euangelium, vel de-  
prauat.*

XII. *Vera religio pacatam reddit consci-  
entiam.*

XIII. *Falsa religio est partim irreligio, id  
est, impietas & atheismus; partim supersti-  
tio, cuius species sunt variae apud ethnicos.  
& Pseudo-christianos.*

## SECTIO 2.

### De cognitione Dei.

**C**ognitio Dei spectatur in causa, dimi-  
sione, & modo suo.

2. *Causa cognitionis Dei est patefactio  
Dei.*

3. *Patefactio D. est naturalis, vel super-  
naturalis.*

4. *Patefactio naturalis fit per legem na-  
turæ, vel opera naturæ sive creationis.*

5. *Patefactio supernaturalis est interna,  
vel externa. Interna fit per illuminationem*

*Spi-*

Spiritus sancti. Externa fit ordinaria, vel extraordinaria. Ordinaria per verbum, sive *αγαθον*, sive *ἱλεγθον*, & per opus redēctionis; extraordinaria per prophetiam, visionem, vel miraculum.

6. *Divisio* est: quod cognitio Dei est naturalis, vel supernaturalis. Naturalis est insita, vel acquisita, *tum* per ratioeinationem & propriam industriam, *tum* per institutionem humanam. Supernaturalis est acquisita, vel insita.

7. *Modus* est: quod cognitio Dei est salutaris, vel non: illustrior, vel obscurior: nuda, vel affectiva, &c.

### SECTIO 3.

#### *De cultu Dei.*

1. *Cultus Dei* spectatur in se, & oppositè: & ibi sunt norma, species, & esse à eius.

2. *Norma cultus Dei* est verbum legis & euangeli.

3. *Species* sunt: quod cultus Dei est spiritualis seu moralis & internus, vel ceremonialis seu externus. *Cultus Dei* spiritualis est immediatus, vel mediatus.

*Cultus Dei* immediatus dicitur pietas; & reuocatur ad ista quatuor summa capita.

I. est attentio sensuum; hoc est, attendere ad opera Dei,

H.eft.

II. est iudicium mentis; hoc est, recte indicare de operibus Dei, & inde concludere, quod sit maximus & optimus. *Maximus* hoc est, sapientissimus, & potentissimus. *Optimus*; h.e. iustissimus, & beneficentissimus erga omnes creaturem, nominatim erga genus humanum, & speciatim erga te actuos.

III. est affectus cordis; h.e. iudicio praedito congruerter affici, atque adeo sipientiam & potentiam Dei admirari, de beneficiis Dei latari, ipsum Deum tam potentem timere, tam bonum amare, tam iusto & veraci confidere.

IV. sunt actiones voluntatis, h.e. affectus praedictos tanta vita contestari, atq; adeo, quē admiraris, predicare; cuius beneficiis gaudes, illi gratias agere; quem times & amas, illi obediere; de quo cuncta tibi pollicetis, illum, quoties opus est, imitare.

*Cultus Dei moralis mediatus* dicitur probitas: cuius partes sunt virtutes tum ad proximum relatæ, tum in nobis ipsas terminatæ:

*Cultus Dei ceremonialis* consideratur in genere, & in specie: & hic est cultus ceremonialis V. vel N.T.

4. *Effeta cultus Dei* sunt beatitudo temporaria presentis, & æterna futurae vitæ.

s. Cul-

5. *Cultui Dei opponitur impietas, & superstitio; & hæc est idololatria, vel hypocrisis.*

### S E C T I O   4.

#### *De adoratione Dei.*

1. **A**doratio Dei consideratur in affect' o-  
nibus, diuisionibus & circumstan-  
tiis variis.

2. *Affectiones adorationis Dei* sunt, dirigi  
ad solum Deum; proficiisci ex fide in Chri-  
stum; non defatigari; discernere bona spi-  
ritualia & corporalia; fieri corde tantum,  
vel corde & ore simul; & indiuiduo nexu  
cohærere cum praxi pœnitentiae.

3. *Divisions* sunt, quod adoratio Dei  
est iuuocatio, vel gratiarum actio: & vtra-  
que est vel Dei Patris, Filii & Spiritus san-  
cti, vel Christi *Iesus Christus*.

4. *Inuocatio* est precatio, deprecationo, &  
imprecatio.

5. *Precatio* est, cum petimus bona pro  
nobis, vel aliis.

6. *Deprecatio* est, cum petimus, ut mala  
anobis vel aliis Deus auertat.

7. *Imprecatio* est, eum zelo quodam  
gloriæ Dei petimus, vt Deus mala immi-  
tat vel nobis, vel aliis, puta desperatis no-  
minis sui hostibus.

8. *Gra-*

8. Gratiarum actio est celebratio, qua Deo accepta referimus, quæ ab ipso habemus.

9. Circumstantiae adorationis sunt locus, tempus, gestus, lingua, cantus, &c.

### SECTIO 5.

#### De confessione.

1. Confessio est alia veritatis cœlestis coram hominibus, alia peccatorum coram Deo, vel hominibus.

2. Confessio veritatis cœlestis est explicita, vel implicita: impeditiva, vel intemperativa.

3. Confessio peccatorum coram Deo est necessaria simpliciter; coram hominibus, secundum quid.

4. Confessio peccatorum coram hominibus fit coram pastoribus, vel aliis fratribus.

### SECTIO 6.

#### De imitatione Christi.

1. Imitatio Christi cernitur in doctrina, vita, & tolerantia crucis.

2. Imitatio doctrina Christi est cum legis, cum euangeli.

3. Imitatio vita Christi est in abnegatione

94. *Ioh. Henr. Alstedii*

nesui, meditatione vitæ futuræ, & imple-  
tione voluntatis Dei per omnia & singula  
decalogi præcepta.

4. *Imitatio crucis Christi* est in toleratio-  
ne paupertatis, persecutionis, ignominiae,  
& martyrii. In ista vero tolerantia crucis  
opertet spectare causas impellentes, &  
modum.

### SECTIO 7.

#### *De iuramento.*

1. *Vramentum* spectatur in affectionibus  
& diuisionibus suis.

2. *Affectiones iuramenti* sunt, esse religio-  
sam affirmationem veritatis; esse speciem  
invocationis Dei; & fieri in veritate, iudi-  
cio, & iustitia.

3. *Diuisiones* sunt, quod iuramentum  
est

I. *simplex vel compositum*, quod coniunctum  
est cum imprecatione seu execra-  
tione.

II. *assertorium, vel promissorium.*

III. *spontaneum, vel dolatum.*

### SECTIO 8.

#### *De sabbato.*

1. *Sabatum* est externum, internum, vel  
internum.

2. *Sab.*

1. Sabbathum extēnum est Iudaicum, vel Christianum.

2. Sabbathum Iudaicum est hebdomadarium, vel annuale, & hoc vel septimi, vel quinquagesimi anni. De hebdomadario iiprimis disputatur.

3. Sabbathum hebdomadariorum spectatur quantum ad institutionem primam, sanctificationem, & durationem.

4. Institutio sabbati Iudaici spectatur in origine & fine ipsius.

5. Origo est eadem cum principio mundi conditi.

6. Finis sabbati Iudaici est generalis, vel specialis. Generalis est partim theologicus, ut est 1. memoria absolutionis opificii Dei, imitatio quietis ipsius, & ita creatoris agnitione atque celebratio, 2. sanctificatio moralis & interna horumque. 3. meditatio sabbati cœlestis. Partim politicus, refocillatio corporis. Specialis est 1. memoria eductionis ex Aegypto. 2. signum quietis in terra Canaan. 3. sanctificatio ceremonialis Israelitarum, ac proinde publica professio religionis. 4. figurare sabbatum Christi in sepulchro.

7. Sanctificatio sabbati Iudaici est partim moralis, partim ceremonialis, sacramentalis, & typica.

9. Sab.

9. *Sabbatum Christianum est dies Dominicus.*

10. *Sabbatum internum est cessatio hominis interioris; adeoque est statio à peccato, & quies in Deo.*

11. *Sabbatum aeternum est alterius vitæ.*

### SECTIO 9.

#### *De recto bonorum terrestrium usu.*

1. *R*etus bonorum terrestrium usus spectatur in iure & modo.

2. *Ius est primænum, vel redintegratum. Illud est creationis, quo Adam fuit constitutus usufructuarius creatarum sublunarium: hoc est redemptionis, quo Christus effecit ut postliminio regni iamus ius illud utendi fruendi bonis terrestribus, quo excideramus.*

3. *Modus utendi bonis terrestribus respicit Deum, nos ipsos, & proximos. Illic est sanctificatio per preces, & oblatio ad cultum Dei: isthic est frugalis usus: hic est liberalitas, in primis eleemosynaria.*

### SECTIO 10.

#### *De beneficentia.*

1. *B*eneficentia est spectanda quantum ad causas impellentes, & species.

2. *Causæ.*

2. Causae impellentes sunt mandatum & promissi Dei, exempla sanctorum, lex humanitatis & Christianitatis &c.

3. Species sunt: quod beneficentia est generalis, vel specialis; publica, vel privata; ordinaria, vel extraordinaria; vulgaris, vel heroica &c.

4. Ad specialem beneficentiam pertinent hospitalitas & eleemosyna.

5. Hospitalitas hic non intelligitur, ut est virtus moralis, sed theologica.

6. Circa eleemosynam oportet spectare ipsius necessitatem, & modum.

## SECTIO II.

### De voto.

1. Votum consideratur in affectionibus & divisionibus suis.

2. Affectiones voti sunt, ut voweatur soli Deo, iuxta verbum Dei, de re possibili, licita & graui &c.

3. Divisiones voti sunt: esse

I. generale vel speciale.

II. morale, vel ceremoniale.

III. ordinarium, vel extraordinarium.

IV. absolutum, vel hypotheticum.

V. perpetuum, vel temporale.

## SECTIO 12.

## De iejunio.

1. *Ieiunium est miraculosum, vel naturale.*

2. *Ieiunium miraculosum est, quod Dei singulari virtute & supra naturam vires suppeditante, ab homine peragitur: quale fuit Mosis, Eliæ, & Christi.*

3. *Ieiunium naturale est, quod naturæ viribus ab homine sustinetur. Istud autem vel à necessitate imponitur, siue diuinitus, siue humanitus; vel sponte suscipitur, & hoc est profanum seu ciuale, vel religiosum. Profanum est honestum, vel dishonestum,*  
*Act. 23.14.*

4. *Ieiunium religiosum est, quod vrgente orandi necessitate, ab homine fidi, ad excitandum iuuandumq; in oratione spiritum suscipitur.*

*Eius videnda est causa impulsua, ratio, & varietas.*

5. *Causa impulsua ieunii religiosi est orandi necessitas, eaque publica, vel privata: ac rursus vel precandi boni, vel deprecandi mali. Boni; tum spiritualis, ut maioris illuminationis Spiritus sancti; tum corporalis, ut prosperi successus in bello. Mali; tum culpa, ut peccatorum, vel generatim omnium*

omnium & quotidianorum, vel speciatim quorundam abnormium: tum paenae, ut calamitatum, siue presentium, siue imminendum.

6. *Ratio ieunii religiosi*, cernitur in fine & modo eius.

7. *Finis ieunii* est, ut sit adminiculum pietatis, quo animus spiritusque hominis ad orandum sit expeditior & liberius: rursus, ut sit tum intentus & ardens, tum contritus & submissus.

8. *Modus ieunii generatim* est, ut ab omnibus cibo & potu ultra consuetum tempus abstineamus; tum ut moderationem adhibeamus, & tantum suscipiamus, quantum natura ferre potest, quantumque ad excitandos sufficit, non vero extinguendos animi sensus. *Speciatim* hic est ieunium unius siue prandii, siue coenæ; & rursus vel unius duntar at diei, vel plurium continue. Atque hic si à prandio abstinetur, coenæ usus erit parcus & tenuis: si à cena, prandii. Denique ad modum ieunii pertinet, ut aliarum quoque corporis deliciarum abstinentia adhibeatur, puta tori coniugalis, musicæ, vestium moliorum, &c.

9. *Varietas ieunii religiosi* est, quod est publicū vel priuatum. Publicū est liberum, quod pro re nata indicitur: vel statū, quod

E 2 cele-

celebratur ex institutione Dei, vel ecclesiae. Ex institutione Dei: vt Leuit. 16. & 23. Ex institutione ecclesiae, vel veteris seu Hebrææ; vt ieiunia quatuor mensium, in captiuitate Babylonica instituta, Zach. 7. & 8. 2. Reg. 25. vel nouæ; vt est ieiunium duplex; alterum quod hebdomadatum; alterum, quod annuatim celebratum fuit. Hebdomadatum: vt quarta & sexta feriis, id est, diebus Mercurii & Veneris; quibus diebus, quod ad auditionem & meditationem verbi Dei, ad usum sacramentorum, & ad publi asac solennes preces conuentirent, à prandio abstinebant. Annuatim: vt ieiunium Quadragesimæ, & quatuor temporum Quadragesimæ, ante festum Paschatis: quo tempore, quod tum catechumeni, & qui lapsi erant, publicè pœnitentiam agebant, vt in festo illi baptizarentur, hi absolverentur; tum etiam populus ad meditationem mortis & passionis Christi excitabatur; à plurimum dierū prandiis continue abstinebant. Atq; hic cum cœna vterentur, alii ab aliis eibis liberè, & quoad temperantiam, non quoad conscientiam abstinebāt. Quatuor temporum: videlicet prima mensis Martii, secunda Iunii, tertia Septembri, quarta Decembri, hebdomada. Quibus temporibus, quod presbyterorum & diaconorum ordinationes celebrarentur, ita à prandio abstinebāt.

Quæ

Quæ tempora *Angariae* etiam dicuntur, & vulgo nunc *Quatember*. Hæc ecclesiæ Christianæ ieunia, ut libere primum sunt instituta, sic libere, & in diuersis locis dissimiliter olim celebrabantur. *ieunium priuatum* est, quod ab homine quoquis, proprio arb. trios siue publica, siue priuata incidente necessitate indicitur. *Num. 30. 14. Luc. 2. 37.*

### S E C T I O    13.

#### *De ceremoniis.*

1. *Ceremonia religiosa* consideratur quantum ad affectiones, & diuisiones suas.

2. *Affectiones* sunt, conuenientे grauitati, decoro, & aliis circumstantiis ecclesiæ; excitare hominem interiorem, & illum continentre in officio; deniq; rationabilem causam habere.

3. *Diuisio summa hæc* est, quod ceremoniæ religiosæ sunt vel necessariæ, debitæ & præceptæ; vel liberæ, indiferentes & indebitæ: item vniuersales, vel particulares.

4. *Diuisio specialior* est, quod aliæ sunt V. aliæ N. T.

5. *Ceremoniae V. T.* sunt vel typicæ duntaxat, vel simul morales. *Typicæ* sunt partim

E 3 in

in cultu Leuitico externo, ut in sacrificiis, lotionibus, dedicationibus & vel in admissi-  
onis eius, ut in tabernaculo, templo Sa-  
lomonico, arca foederis, propitiatorio, pa-  
nibus propositionis, ciborio aureo, &c.  
*Mores simul sunt velliboræ, ut vota, ieu-  
nia, &c. vel debitæ & præceptæ, eæq; uni-  
versales, vel particulares. Universalis totius  
populi: ut sabbata, festa, sacramenta, dis-  
crimen atque abstinentia ciborum mun-  
dorum & immundorum. Particulares: ut  
Naziræorum, sacerdotum &c.*

6. *Ceremonie N. T. sunt necessariæ, vel  
liberæ. Necessaria: ut baptismus & S. coena.  
Libera: ut aspersio una vel ter repetita, &c.*

## SECTIO. 14.

### *Delectus ciborum.*

1. *Dilectus ciborum est medicus, politi-  
cus, vel religiosus: & hic est Ver. vel  
N.T.*

2. *Delectus ciborum V.T. erat vel necessa-  
rius & universalis; quippe à Deo præce-  
ptus: vel liber, ut Danielis & sociorum  
eius.*

3. *Delectus ciborum N.T. est liber & in-  
differens.*

Sæ-

SECTIO I.

De pœnitentia.

1. **P**œnitentia spectatur in necessitate, partibus & adiunctis suis.

2. *Necessitas pœnitentia* (nempe euangelicæ) est ex mandato Dei, & imperfectione nostra, qua sit ut de die sapienter labamur.

3. *Partes pœnitentia* sunt contritio, & noua obedientia. *Contritio* est in agnitione & detestatione peccati. *Noua obedientia* est in mortificatione veteris, & viuificatione novi hominis; & hæc iterum est in dilectione Dei & proximi.

4. *Adiuncta pœnitentia* sunt in natura, & circumstantiis eius. *Ibi* sunt eius imperfectiones, & quotidiana instauratio: *hic* sunt confessio, satisfactio & indulgentia ecclesiastica, lachrymæ, ieiunium, &c.

LOCVS XXXIX.

De adoptione.

1. **B**eneficia Dei erga ecclesiam, quæ à tribus præcedentibus oriuntur, sunt similiter tria: videlicet adoptio, libertas Christiana, & perseverantia sanctorum.

E 4 2 Ad-

2. *Adoptio filiorum Dei constat vniione & communione.*

3. *Vnio est, qua Deus homines credentes Christo vnitos recipit in filios & haereses, atque ita etiam sibi vnit.*

4. *Communio est, qua Christiani participant bonis & cruce Christi. Est itaque hæc communio lucis & crucis.*

## L O C V S X L.

### *De libertate Christiana.*

1. *Libertas Christiana spectatur in partibus, adiunctis, & speciebus suis.*

2. *Partes libertatis Christianae sunt pax, & tranquillitas conscientiae, & securitas ab hostibus spiritualibus.*

3. *Adiuncta eius sunt; inchoari in hac vita, & in altera consummari, longissime differ. à libertate politica &c.*

4. *Specie eius sunt: quod libertas Christiana est communis omnium fidelium, vel propria N.T.*

5. *Libertas communis omnium fidelium est:*

I. *à iustificatione legis.*

II. *à rigida ipsius actione.*

III. *à maledictione eiusdem; adeoque à potestate Satanae & mortis æternæ.*

IV. *à dominio & seruitute peccati.*

V. *ab onere traditionum humanarum.*

VI. *&*

V I. à timore seruili in cultu Dei.

6. Libertas propria N.T. est

I. à legibus Mosaicis ceremonialibus, & fo-  
rensisibus iustis, quæ ad paedagogiam veteris  
populi & politiam Mosis erant compara-  
ta.

II. in rebus adiaphoris.

L O C V S X L I .

De perseverantia sanctorum.

1. Perseverantia sanctorum spectatur in cau-  
sis, partibus, & adjunctis suis.

2. Causæ sunt paterna Dei voluntas, &  
inuitum ipsius robur: meritum & effica-  
cia Christi: assistentia Spiritus sancti: deni-  
que fides: quæ est nostra victoria.

3. Partes sunt duæ: perpetua voluntas  
sive serium perseverandi propositum, &  
actualis continuatio.

4. Adjunctæ eius sunt: eundem semper  
tenorem habere, quantum ad habitum si-  
dei, spei, & charitatis, qui perpetuo ma-  
tent; ac multiplicem interruptionem ad-  
mittere, quantum ad actiones, pro-  
fessionem, & sensum  
istorum habi-  
tuum.

E s Lo,

L o c u s   X L I I .

*De bonis Dei temporalibus erga ecclesiam.*

1. **E**xposita sunt beneficia Dei principalia erga ecclesiam: restant accessoria, quae sunt huius vita temporalis adiumenta.

*In iis occurrit modus & finis.*

2. *Modus* est, quod dantur pro sapientissimo & sanctissimo Dei arbitrio; & temperantur variis calamitatibus atque iudiciis, puta tentatione, castigatione, martyrio &c. denique non dantur omnibus credentibus, neque etiam æqualiter.

7. *Finis* est communis, vel proprius. Ille respicit omnes electos Ver. & N. Testam. quibus hæc Dei dona sunt indicia paternæ Dei curæ erga ipsos, & adiumenta fidei, & instrumenta virtutis: hic respicit fideles Ver. Testam. quibus hæc bona in terra Canaan figurabant futuram in coelis felicitatem.

L o c u s   X L I I I .

*De ministeriali gubernatione ecclesie.*

3. **E**xpositum est de principali gubernatione ecclesie: superest ut exponatur de gubernatione.

gubernatione ministeriali seu externa eiusdem.

Ea est V. vel N. T.

2. Gubernatio ministerialis seu externa ecclesiae & Vet. Test. alia est ante politiam Mosis, alia in ista politia. Illa est tum  $\alpha$ economica, partim ante diluvium sub patriarchis, partim post diluvium usq; ad tempora Nimrodi in familiis sanctorum: tum  $\alpha$ economica & politica simul post tempora Nimrodi, apud gentes profanas & familias patriarcharum iam auctiores quam antea: haec est plane ecclesiastica, consistens in exercitiis sacris; quorum alia sunt in ritibus, alia in rebus. Ritus sunt vari: puta sacrificia, vota, ieiunia, sabbata, festa, sacramenta discrimen ciborum, &c. Res sunt corporales, vel spirituales. Corporales: ut architectura & custodia templi, eiusque vasorum & thesaurorum; collectio & cura census satri ecclesiastici; dispensatio stipendiiorum & eleemosynarum. Spirituales: ut verbum Dei & disciplina. Verbum Dei: praedicabatur, & decantabatur partim hymnis, partim instrumentis musicis. Disciplina, sive censura, erat morum, & doctrinæ. Illa erat morum priuatorum in synagoga & correctionibus fraternis; publicis.

in presbyterio sanctorum, & synedrio seniorum: hæcerat in iudiciis ecclesiasticis, redargutionibus propheticis, reformati-  
nibus, & solennibus conuentibus seu con-  
ciliis. Hic agendum est de ministris ecclesie.  
V.T. iij. que tum ordinariis, tum extraor-  
dinariis.

3. Gubernatio ministerialis seu externa ec-  
clesie N.T. consideratur ratione persona-  
rum, à quibus sit; & modi, quo sit.

Personæ sunt ecclesiastice, vel seculares.

4. Personæ ecclesiastice N.T. sp. Etantur in  
officio & potestate communi, vel distin-  
ctis gradibus. Visitate dicuntur ministri ec-  
clesie.

5. Officium & potestas communis est do-  
ctrinam veram tradere & disciplinam lan-  
giam constituere aut vindicare, pœnis-  
tantum spiritualibus.

6. Distincti gradus sunt, quod alii sunt  
superiores, alii inferiores. Visitate appellar-  
tur hierarchia ecclesie.

Superiores iterum sunt primarii, vel se-  
cundarii. Primarii sunt extraordinarii: ut  
prophetæ, apostoli & euangelistæ. Horum  
vocatio est immediata & extraordinaria:  
qualitas quod nō possunt errare in do-  
ctrina promulganda: potestas absoluta, circa  
doctrinam & disciplinam. Secundarii sunt  
pastores & doctores. Horum vocatio est

me-

mediata, vel composita, ita ut sit mediata  
& immediata simul: *qualitas* est, quod pos-  
sunt in doctrina: *potestas* est limitata  
circa doctrinam & disciplinam. *Ibi* sunt  
alligati ad scripturam sacram, & subiecti  
iuris ecclesiasticis: *hic* sunt alligati,  
quisque ad consensum ecclesiae suae: *Infe-*  
*riores* sunt seniores, qui appellantur, & dia-  
coni seu eleemosynarii. In secundariis &  
his inferioribus spectanda est tum *electio*,  
*probatio*, *missio*, *inauguratio* seu *ordinatio*, &  
*depositio* seu *exauhoratio*: tum *functio* seu  
*officium speciale*.

5. Personæ seculares in ecclesia debent mi-  
nistris ecclesiae obedire, & alimenta præ-  
bere.

Modus huius gubernationis sequitur.  
Est autem extrema illa gubernatio ecclesia  
partim ecclesiastica, partim politica, par-  
tim oeconomicia.

8. Ecclesiastica gubernatio: vñitate dici-  
tur regimēn ecclesiasticum, & politia ec-  
clesiastica, cuius occurunt periodi, &  
partes.

9. Periodi sunt tres: videlicet regiminis  
huius constitutio, degeneratio, & emen-  
datio.

10. Partes sunt potestas ordinis, & iu-  
risdictionis.

11. Potestas ordinis est primaria, vel se-  
cunda.

110

Io. Henr. Alstedii

cundaria. Primaria est in prædicatione verbi & administratione sacramentorum: secundaria in constitutione canonum ecclesiasticorum, curatione bonorum ecclesiasticorum, & decisione controvèrsiarum in concilio, vel extra concilium.

12. Concilii ecclesiastici videndæ sunt species & forma. Species: quod sit generale, vel particulare; & illud oecumenicum, vel nationale, hoc prouinciale, vel diocesanum seu classicum.

Forma spectatur in antecedentibus, connexis & consequentibus.

13. Potestas iurisdictionis ecclesiastica dicitur potestas clauium. Eius occurunt partes & species. Partes sunt solutio & ligatio. Species sunt clavis doctrinæ, & disciplinæ. Clavis doctrinæ est in prædicatione verbi, & diiudicatione ceremoniarum. Clavis disciplina est in disciplina ecclesiastica; quæ est communis, vel propria. Communis est tum in admēnitione solitaria, socia & presbyterali, tum in suspensione à sacris, & excommunicatio-ne. Quibus omnibus respondere debet satisfactio canonica seu ecclesiastica; quam excipit absolutio. Propria est, quæ concernit solos ecclesiæ ministros.

14. Gubernatio politica ecclesia concernit officium magistratus circa ecclesiam.

15. Gub-

Synopsis Theologiae.

PII

15. Gubernatio economica ecclesiae concen-  
nit officium patris & matris familias circa  
ecclesiam.

L o c u s XLIV.

De hostibus ecclesiae.

**H**actenus considerata fuit ecclesia in se:  
nunc est consideranda oppositè, quan-  
tum ad hostes suos.

1. Hostes ecclesiae in genere sunt extra ec-  
clesiam, vel in illa, sunt aperti, vel dissimu-  
lati, capitaliores, vel mitiores &c. in specie  
sunt athei, Epicurei, blasphemi, magi,  
idololatæ, hypocritæ, apostatae, hære-  
tici, schismatici, & nominatim magnus  
ille Antichristus, qui *νολ ιζοχην* sic appella-  
tur.

2. Circa antichristum oportet attendere  
periodos, notas, & ecclesiam ipsius.

3. Periodi antichristi sunt: Antichristus  
nascens, regnans, reuelatus, destructus, &  
reuiuisceens post mille annos, de quibus  
*Apoc. 10.*

4. Note antichristi sunt variae; quæ re-  
uocantur ad locum, tempus, doctrinam,  
potestatem, opera, flagitia, & interitum:  
videlicet quod in ipsa Româ sit sessurus,  
dimic.

datus & collapsa Romana monarchia extiturus, aduersarius Christo futurus quantum ad doctrinam & virtutem, potestatem spiritualem & secularem exercitus, signa & milia acula editurus &c.

5. Ecclesia antichristi constat ex clericis, & laicis.

## L o c u s X L V .

### *De sacramentis in genere.*

1. **X**posita est promulgatio fœderis gratiae: restat ipsius obsignatio:

Ea sit per sacramenta: quorum consideratio est generalis, vel specialis,

2. *Sacramenta in genere considerantur absolute, vel comparatè.*

*Absolute spectantur in substantia & circumstantiis: & substantia iterum in causis & affectionibus.*

3. *Cause sacramentorum sunt hoc ordine.*

I. *Efficiens sū fundatum, ex parte Dei est verbum institutionis, quod continetur præceptione & promissione; ex parte hominis est fides, historica in hypocritis, salvifica in electis. Atq; hinc, ex hoc nempe gemino fundamento, existit unio sacramentalis.*

II. *Materia est res terrestris & cœlestis, sive:*

sive externa & interna. Usitate appellant signum & signatum. Signum est substantia, vt aqua, panis, agnus: vel actio, seu ritus & ceremonia, vt circumcisio in certa corporis parte, ablutio & manducatio externa sive corporalis. Signatum, sive res signata, est similiter substantia, vt Christus cum omnibus suis beneficiis: vel actio, eaq; Dei, vel hominis.

III. *Forma*: est interna, vel externa. Interna rursus est sacramenti relate & partia-  
liter, vel absolute & totaliter considerati.  
*Ibi* est significatio saeramentalis, quæ est posita partim in analogia signi ad rem signatam, partim in mutua relatione vnius ad alterum: hic est actio interna, quæ cum externa in legitimo usu coniungitur. Ex hac forma sequuntur tria. 1. præsentia Christi realissima. 2. communicatio sa-  
cramentalis & spiritualis simul. 3. vene-  
ratio sacramenti. *Externa* forma est actio sacramentalis: quam sequitur communi-  
catio sacramentalis.

IV. *Finis*: est præcipuus, vel subordina-  
tus. *Præcipuus* est: vt sacramenta sub signa docentia sive significantia, ob-signantia, & præbentia, idque in legitimo usu, qui est in eo, vt sacramenta à Deo instituta, ab iis, quibus instituta sunt, ad finem, cui de-  
stinata sunt, usurpentur. *Subordinatus* est:

114. *Io. Henr. Alstedii*

ut sint testificatio nostræ gratitudinis & officii erga Deum, signa societatis ecclesiæ & confessionis publicæ, notæ professionis discernentes ecclesiam ab aliis gentibus, vincula mutuæ dilectionis & concordia in ecclesia, &c.

4. *Affectiones* sunt habere signum exterrum ex ordinatione diuina; admittere mutationem significatione usus, seu vocationis & officii; constare unione signi & signati relativa & pactionali; esse organa sive instrumenta gratiæ, non physica, sed gilharæ; admittere phrases vel proprias, vel metonymicas, quæ visitare dicuntur sacramentales; denique esse sacrificia eucharistica.

5. *Circumstantia* sunt variae: puta locus, tempus, ceremonia diuinæ vel ecclesiasticæ, &c.

6. *Sacra menta comparatae spectantur* in conuenientia, & differentia sua. *Comparantur* autem vel eum verbo, vel inter se; & inter se non uno modo. Nam sacramenta V. & N. T. comparantur inter se: vel sacramenta Vet. Testam. inter se: vel denique sacramenta N. Testam. inter se.

Lo-

L o c u s XLVI.

De sacramentis V. T.

1. **S**acramenta in specie sunt V. vel N. Test.  
Vtробиꝝ autem est sacramentum aliud  
initiationis & regenerationis, aliud confr-  
mationis & nutritionis.

2. Sacramenta V. T. sunt ordinaria, vel  
extraordinaria.

Ordinaria erant duo: circumcisio & pa-  
scha.

3. Circumcisio spectatur in forma, eaq;  
rum externa, tum interna; & vſu: atque hic  
est respectu Iudeorum, Christi, & fide-  
lium in N. Testament. Respectu Iudeorum:  
quibus externa reſectio præputii semel fa-  
cta, internam circumcisionem (quam apo-  
stolus Coloff. 2.11. vocat χειρομονίαν) adeo-  
que internam peccatorum abolitionem &  
regenerationem, & incorporationem in  
Christum adoptionemque in populum  
Dei, per & propter Christum exhibendum,  
significabat, & obsignabat; & haec tanta  
bona in legitimo vſu exhibebat. Simul  
autem hoc sacramentum erat testimoni-  
um promissionis de venturo Messia;  
& significabat, ex posteris Abraha-  
mi semen benedictum venturum esse.

Re-

*Respectu Christi circumcisio fuit signum, communionis cum populo Dei, ipsum nempe esse verum Israelitam. Deinde illius circumcisio sanctificauit veterum circumcisionem. Respectu fidelium in Nou. Testam. hic est usus circumcisionis, ut ilius historica recordatio nos commonefaciat de circumcisione interna, quæ nunquam non in ecclesia est necessaria.*

4. *Pascha spectatur in forma, eaque tum externa tum interna, & vsu: atque hic est respectu Iudæorum, Christi, & fidelium in N. Testam. Et primo quidem Iudeis per postum conspersionem & properam agni assati mandationem, quotannis semel, manducatio Christi venturi, & liberatio corporalis ex Ægypto, & spiritualis ex potestate Satanæ, atque ita continua in Christo venturo nutritio & vivificatio significabatur & obsignabatur; & hæc tanta bona in legitimo usu exhibebantur. Deinde Christus celebravit Pascha, tum quod esset Iudæus, tum ut sanctificaret hoc sacramentum. Denique nobis recordatio historica agni Paschalis ob oculos ponet Pascha nostrum, quod est Ies. Christus.*

5. *Sacramenta extraordinaria V. Testam. fuerunt varia: ut baptismus in diluvio, nube,*

nube, & transitu maris rubri; arca Noe; ignis è cœlo, comburens sacrificia; cœna mannae & aquæ ex petra profluentis; sexpens æneus; effuso sanguinis victimarum; terra Canaan; tabernaculum; templum; arca foederis, &c. Ex his duo quodammodo respondent sacramentis N. T. videlicet baptismus ille triplex in diluvio, nube, & mari rubro; & cœna mannae & aquæ ex petra profluentis.

L o c u s XLVII.

*De Baptismo.*

1. *Sacramenta N. T. estam. sunt duo: bapti-*  
*smus & iacta cœnæ. Ille baptismus, hæc*  
*agnus paschali succedit, & vicissim respon-*  
*det.*
2. *In baptismus attenditur substantia &*  
*circumstantia.*
3. *Substantia baptismi cernitur in ipsius*  
*institutione, necessitate, forma, affectio-*  
*ne, & vsu.*
4. *Institution facta est diuinitus per Io-*  
*hannem Matth. 21. 25.*
5. *Necessitas non est absoluta, siue præ-*  
*cisa, sed ex hypothesi præcepti & me-*  
*dii.*
5. *Forma baptismi interna est partim in*  
*analogia & relatione, partim in actione*  
*inter-*

interna, prout nempe baptîmus consideratur partialiter, vel totaliter: externa est in actione sacramentali.

6. *Affectio baptîmi* est: administrari semel; à ministro ecclesiae legitimè vocato; Christianis, qui nondum sunt baptizati; in nomine Christi.

7. *Vsus* est primarius, vel secundarius. *Ibi* est significatio, ob signatio & præbitio ablutionis peccatorum; item sepultura veteris & resurrectio novi hominis; denique adoptio: *hic* est externa in ecclesiam visibilem insertio, membrorum Christi coniunctio, professionis nostræ significatio, & ab omnibus infidelium cœtibus dissociatio.

8. *Circumstantie* sunt istæ. 1. baptismum administrare tum adultis, tum infantibus Christianis. Et horum baptîmus dicitur *pædobaptîmus*. 2. adhibere in baptismo formulam verborum visitatam: siue illam, *Baptizo te in nomen, siue in nomine Patris, Filii, & spiritus sancti*; siue istam, *Baptizo te in nomen, siue in nomine Christi*. 3. discrimen inter baptismum Iohannis & Christi, seu discipulorum Christi. 4. locus, tempus, testes &c.

Lo-

L o c u s X L V I I I .

De sacra coena.

1. **I**N sacra coena, quæ variis nominibus appellatur, oportet attendere substantiam & circumstantiam.

2. Substantia cernitur in ipsius institutione, necessitate, forma, affectione, & vsu.

3. Institutio facta est diuinitus per Christum.

4. Necessitas est præcepti & medii.

5. Forma externa est in actione externa, quæ est partim ministri administrantis, partim hominis usurpantis. Ibi est consecratio symbolorum, fractio panis, fusio vini, & distributio: hic est somtio & fruitio symbolorum. Interna est partim analogia signi & signari, & mutua relatio eorumdem: partim actio interna, eaq; Spiritus S. & hominis credentis. In priori forma spectatur manducatio sacramentalis, in posteriori spiritualis.

6. Affactus sacra coena est: administrati solis adultis, saepe, à ministro legitime vocato; admittere consecrationem mortuum; habere phrasin metonymicam, vel propriam; esse epulum constans ex vero pane

ide-  
st in  
  
i se-  
ato;  
i; i  
  
ius.  
itio  
ve-  
que  
visi-  
on-  
tio,  
sto-  
  
um  
bus  
titur  
mo  
am,  
Fi-  
te  
cri-  
sti,  
  
Lo-  
-

pane & vino; requirere probationem sui,  
&c.

7. *Vsus primarius* est commemoratio  
seu recordatio mortis Christi, quæ cir-  
cumscribitur significacione, ob-signatione  
& præbitione sacramentali corporis &  
sanguinis Christi, hoc est, omnium bene-  
ficiorum morte Christi partorum: ita ut  
vnio & communio cum Christo, ac parti-  
cipatio omnium beneficiorum eius sit *finis*  
*internus* huius sacramenti. *Secundarius* est,  
ut sit testera fidelium, sy n bolum resurre-  
ctionis mortuorum, vi. culum charitatis  
mutuæ, &c.

8. *Circumstantia* sunt variæ: puta de pa-  
ne azymo vel fermentato; de vino rubro  
vel albo, de vino mero vel diluto; de quo-  
tidiana, hebdomadaria, menstrua, bime-  
stri, trimestri, & usurpatione huius sacra-  
menti, de calice, vel alia forma poculi; de  
loco, &c.

## L o c u s X L I X .

*De ultimo Domini ad-  
uentu.*

1. **V**idimus executionem prædestinationis,  
qua fu in hac vita: superest illa, qua fit  
post hanc vitam.

Ea

Ea spectatur communiter, vel singula-  
riter: & communiter rursus in ultimo Do-  
mini aduentu, resurrectione carnis, &ulti-  
mo iudicio.

2. Ultimus Domini aduentus spectatur in  
assertione seu certitudine, modo, tempo-  
re, & fine.

3. Assertio est, quod certo sit futu-  
rus.

4. Modus est, quod sit futurus glorio-  
sus, subitus & improbus.

5. Tempus erit in fine seculi. Id vero  
nobis est ineustum. Sunt tamen quædam  
ipsius signa: ut conuersio Iudeorum, diuul-  
gatio euangeli per vniuersum orbem, fe-  
licitas ecclesiæ per mille annos, quam ex-  
cipiet grauissima persecutio sub Antichri-  
sto reuiuiscente. Apoc. 20.

6. Finis est partim mutatio huius seculi  
sive mundi, partim murati conseruatio  
perpetua. Mutatio erit partim destruc-  
tio, partim renouatio seu instauratio.  
Conseruatio erit domiciliorum, vel inco-  
larum.

### L o c u s L.

#### De resurrectione carnis.

1. R esurrecio carnis spectatur in assertio-  
ne & modo.

E

2. A f-

2. *Assertio est, quod certo sit futura.*  
 3. *Modus est respectu mortuorum, & viuentium. Mortui sic excitatuntur, ut eadem numero caro, quæ cecidit, resurgat. Huius itaque resuscitationis partes duæ sunt: restitutio corporum, & viuificatione viui, quos deprehendet ultimus ille dies; compendio mortis per demutationem extinguentur subito, & subito quoque excitatuntur, ut scire loquitur Tertullianus de resurrect. carn. cap. 41. Utique autem accipient corpora libera à statu vitæ animalis. Ex his colligitur, quod resurrectio futuræ fit vniuersalís, subitanea, & ita comparsata ut nihil huius vitæ animalis introducat.*

## Locus Ll.

## De ultimo iudicio.

1. *Iudicium ultimum spectatur in assertione, ne, & modo.*  
 2. *Assertio est, quod certo sit futurum.*  
 3. *Modus est in vniuersalitate, & processu.*  
 4. *Iudicium hoc erit vniuersale, respectu piorum & impiorum, angelorum & hominum.*  
 5. *Processus ex iudicialis. In eo itaque erunt-*

erunt personæ, causæ cognitio, & sententiaæ tum dictio, tum executio.

6. Personæ sunt iudex, iudicandi, asseliores. In iudicandis spectatur citatio, separatio, & locatio ad dextram, vel sinistram.

7. Causa cognitio erit admirabilis, accurata, & plena.

8. Sententia dictio, seu promulgatio, erit confirmatio & declaratio primi seu particularis iudicii, hoc est, istius sententiaæ, quæ pronuntiatur in hoc seculo, partim in verbo Dei, partim in conscientiis nostris.

9. Sententia executio est in retributione æterna; quæ est præmiorum, & pœnaruæ æternarum. Ibi est bonorum angelorum solennis glorificatio, & hominum electorum assumptio in cœlum; hic damnatorum angelorum & hominum detrusio in infernum.

## L e c u s L I I .

### De vita æterna.

1. **E**xistens prædestinationis post hanc vitam singulariter spectatur in vita & morte æterna: quibus et si æternitas, liberatio à statu viræ animalis, & denique vita natu-

ræ sunt communia, tamen in reliquis est differentia longe maxima.

2. *Vita æterna* spectatur in causis, partibus & gradibus suis.

3. *Causæ* sunt tres. 1. *impellens*; *adæxia* Dei. 2. *meritoria*; *satisfactio Christi*. 3. *organica*; *fides* & *bona opera*, quibus hæc merces dabitur ex gratia; *ut pote* quæ est prout *pros* *sus euangelica*.

4. *Partes vita æterna* sunt *gloria*, & *gaudium æternum* beatorum angelorum & hominum. *Gloria æterna*, quantum ad homines, est *animæ corporis*, & *totius hominis*. *Gloria æterna animæ* est in *sapientia*, *iustitia*, & *sanctitate perfecta*: *corporis* in *incorruptibilitate*, *agilitate*, *pulchritudine*, *claritate seu fulgore*, & *harmonica conspiratione cum anima*: *totius hominis* in *plena conformitate cum Deo*, *fruitione Dei immediata*, *fruitione bonorum coelestium*, & *mutua sanctorum communione*. *Gaudium æternum* est *ineffabilis ex vita illa* & *gloria continuè & sine fine fluens suauitas*.

5. *Gradus vita æterne* erunt tum inter angelos, tum inter homines; & rursus inter hos pro *mensura donorum*; quibus quisque in hac vita fuit *prædictus*; & pro *officiorum quæ* in hac vita obiit, *diuersitate*;

sitate; & denique pro passionum & afflictionum huius vitæ multitudine ac magnitudine. Itaque primum maior & perfectior erit angelorum, quam hominum beatitudo: & inter homines etiam rursus erit discrimen.

Locvs LIII.

Demorsa æterna.

1. Mors æternas spectatur in causis, partibus, & gradibus suis.

2. Causæ sunt duæ. 1. meritoria; perseverantia in peccato aduersus legem, vel euangeliū. 2. impellens; iustitia Dei punitiens.

3. Partes mortis æterna sunt miseria & tristitia æterna damnatorum angelorum & hominum. Misera æterna est in cruciatio & ignominia. Cruciatus est tum angelorum, tum hominum damnatorum. Angelorum damnatorum cruciatus respondebit naturæ ipsorum spirituali. Hominum damnatorum cruciatus erit tum animi, tum corporis. Ignominia est in deferritate ac priuatione fruitionis Dei bonorumque cœlestium. Tristitia, sive dolor, miseriam consequetur ut individuus ipsius comas.

4. Gra-

126 Io. Henr. Aisted. Synop. Theol.

4. *Gradus mortis aeternae respondebunt  
multitudini & magnitudini peccatorum,  
exacta nempe proportione, quæ  
solet dici arithme-  
tica.*

SOLI DEO GLORIA.

¶ Et hinc post certa dilectionem vestram  
et concordiam sub missione et misericordia  
victoris dilectorum vestrum M. Iosephi S. I.  
et eius fratrum et sororum. adiuvent  
ad confortandum in fide vestra. et dñe  
nostrae existentiam et misericordiam vestram  
et suam. Hoc inquit dominus vestris iudeo  
dicens ad eum tempore regni eum  
etiam in diebus regni vestri. Propterea  
supercedens eum in gloriam et beatitudinem  
magis in regnum eius regnabit in se  
et inde erubenter regnabit in se

35942

35942



VD 17 12



